

Thes. 5303



DE CA PTIVITATE BABYLO NICA ECCLESIAE.

P R A E L V D I U M

Martini Lutheri.

C. Glareamis Lettori S. D.
 Si sibi non inuidasset hoc libello Lutherus, malueratq; donec
 q; conuijne Lanffere, habuisset bonos omnes à sua p̄te, Num
 cu malitia furor ferri suo, nostra ecclesia genuit. Sed quæ p̄te
 tem plus odit q; Demone, Lewisimus quæq; arrogatissimos
 indotissimosq; asinos, Luridones, Comedones, Bibones,
 Ut nō magis opus fuerit nostra aduersus hos
 impunitate edere. Sed ita amicit nob̄, dum
 Soli sapere uolumus, n̄t quenq;
 audire c̄na amicū consulem.



Bremen 706



132
Numina celestem nobis peperere Lutherum,
Nostra diu maius sæcla videre nihil. *Impresso dissipuluc*
Quem si Pontificum crudelis deprimit error. *Exclusus. Zwingli.*
Non feret iratos impia terra Deos. *am Carl Fred.*

STATIVITRA O. 30

I H E S V S.

M A R T I N V S L V T H E R V S

August. Hermanno Tulicho suo
Salutem.

Indulgencia
Tunc habebit
VELIM, nolim, cogor indies eruditior fieri, tot tantis
magistris certatim me urgentibus & exercentibus. De in-
dulgentijs ante duos annos scripsi; sed sic, ut me nunc mi-
rum in modum peniteat editi libelli. Herebam enim id temporis ma-
gna quadam superstitione Ro. tyrannidis, unde & indulgentias non
penitus rejecendas esse censebam, quas tanto hominum consensu cer-
nebam comprobari. Nec mirum: quia solus tum voluebā hoc faxū.
At postea, beneficio Sylvestri & fratrum adiutus qui frennue illas tu-
tati sunt, intellexi eas aliud non esse, quam meras adulatorum Romanorum
imposturas, quibus & fidem dei, & pecunias hominum per-
derēt. Atq; utinam a Bibliopolis queam impetrare, & omnibus qui
legerunt persuadere, ut uniuersos libellos meos de indulgentijs exu-
rant, & pro omnibus quae de eis scripsi hanc propositionem appre-
hendant.

I N D U L G E N T I A E
sunt adulatorū Romanorū nequitiae.

Post hæc, Eccius & Emser cum coniuratis suis, de primatu Papæ
me erudire coeperunt. Atq; hic etiam, ne hominibus tam doctis ingra-
tus sim, confiteor me valde promouisse eorum opera. Nempe, cum
Papatum negasset diutini, admisi esse humani iuris. Sed ut audiui &
legi subtilissimas subtilitates istorum Trossulorum, quibus suum ido-
lum fabre statuunt (est enim mihi ingenii in his rebus non usq; quaq;
indocile) scio nunc & certus sum, Papatum esse regnum Babylonis,
& potentiam Nimroth robusti venatoris. Proinde & hic, ut amicis
meis omnia prosperrime cedant, oro librarios, oro lectores, ut h̄s que
super hac re edidi exultis, hanc propositionem teneant.

P A P A T V S E S T R O,
busta venatio Ro. Episcopi. Probatur, ex rationi,
bus Eccianis, Emseranis, & Lipsensis
Litteras die out, Lectoris Biblici.
Etwas Sin

a ij

Diananda
DE CAPTIVITATE

Nunc de utriusq; specie communione mihi schola luditur, &
de nonnullis alijs maximis rebus hic labor est: ne & hos frustra Cra-
tippos meos audiam. Scriptit quidam frater Cremonensis Italus, re-
uocationem Martini Lutheri, ad sanctam sedem. Hoc est, qua nō ego
(ut verba sonant) sed qua ipse me reuocat. sic enim Itali hodie incipi-
unt latinisare. Scriptit in me de utraq; specie sacramenti, frater alius
Lipsensis Germanus, lector ille (ut nosti) totius Canonis Biblici: factus
rus (ut audio) adhuc maiora & mira mirabilia. Italus sane cautus, no-
men suum obtinuit: forte exemplum Caterani, & Sylvestri veritus.
Lipsensis contra, sicut decet strenuum & ferocium Germanum, mul-
tis titulis versibus, nomen suum, uitam suam, sanitatem suam, scientiam
suam, officium suum, gloriam suam, honorem suum, pene & Ca-
topodia sua celebravit. Hic proculdubio non medioeria discā, quan-
doquidem ad ipsum filium dei scribitur nuncupatoria Epistola, tam
familiares sunt hi sancti Christo regnanti in celis. Deinde, tres mihi
picē hic videntur loqui: una bene latina, altera melius græca, tertia
optime Hœbraica. Quid hic mihi, Hermanne rai, agendum putas ali-
ud, quam ut aures arrigam? Res Lipsiae agitur per obseruantiam san-
ctæ Crucis. *Dicit bonum*

Hactenus ego stultus sensi: pulchrum fore, si pro laicis utraq; speci-
es sacramenti porrigena statueretur Concilio generali. Hanc senten-
tiam frater plus quam doctissimus correcturus dicit. Necq; præceptū
esse, necq; consultum, siue a Christo, siue Apostolis, ut utraq; species
porrigatur laicis: ideoq; Ecclesiæ relictum iudicio, quid hic faciendū
omittendum sit, cui necesse sit obedire. Hæc ille.

Rogas forte, quæ intemperie hominem agitent, aut contra quem
scribat. Cum ego, non damnam unius speciei usum, & Ecclesiæ iu-
dicio reliquerim, utriuscq; usum statuendum. Id quod & ipse conatur
asserere, eo ipso contra me pugnaturus. Respondeo, id genus dispu-
tandi omnibus familiae esse, qui contra Lutherum scribunt: utho
asserant quod impugnant, aut fingant quod impugnant. Sic Sylve-
ster, sic Eccius, sic Emser, sic Colonien quoq; & Louanien, a quorum
ingenio si hic frater recessisset, contra Lutherum non scripsisset.

Sed accedit huic homini aliquid præ ceteris felicius. Cum enim
asset probaturus, necq; præceptum, necq; consultum, sed arbitrio Eccle-
siæ relictum utrius speciei usum, inducit scripturas quibus probet,
præceptio Christi esse unam pro laicis statutam speciem. Ut sic verum

BABYLONICA.

It, nouo hoc scripturæ interprete, unam speciem non præceptam, &
simil præceptā esse a Christo. Huius genere disputat onis nouæ, scis
ut Lipenses isti Dialectici peculiariter utantur. Nonne & Emser cum
priore suo libello profiteretur, se se candide de me loqui: & a me con-
victus de teterrima inuidia, fœdisq; mendacijs, in posteriore me con-
futatus, utruncq; plane confiteur, & nigro & candido animo se se
scriptisse. Bonus scilicet vir, ut nosti.

Sed audi nostrum speciosum speciatorem, apud quem idem est, ar-
bitrium Ecclesiæ, & præceptum Christi. Rursus, idem præceptū Chri-
sti, & non præceptum Christi. qua-dexteritate prober, unam tantum
speciem laicis, præcepto Christi, id est, arbitrio Ecclesiæ, dandam. Lite-
ris enim maiusculis signat in hunc modum, F V N D A M E N T U M
I N F A L L I B I L E. Deinde, tractat cap. vi. Iohan. incredi-
bili sapientia, ubi Christus de pane cœli & pane vitæ, qui est ipse, lo-
quitur, quæ verba homo doctissimus, non modo ad sacramentum
altaris trahit, verum & hoc facit: ut quia Christus dixerat, Ego sum pa-
nis viuus. & non, Ego sum calix viuus, concludat, non nisi unam spe-
ciem sacramenti pro laicis eo loco instituam. Quod vero sequitur,
Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. ite, Nisi man-
ducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, cum
pro utraq; specie videretur fraterno cerebro, inuicte contra unam pu-
gnare, hui quam feliciter & doce te eludit, in huc modum. Quod Chri-
stus his verbis aliud non voluit, quam qui unam speciem acciperet,
sub eadem utruncq; carnem & sanguinem acciperet. Hæc ille pro fun-
damento suo infallibili, tam digne sancta, coelestiq; obseruantia stru-
eturæ.

Ex isto nunc disce & tu queso metum, Christum eap. vi. Iohan. pre-
cipere unam speciem, sic tamen, ut hoc ipsum præcipere sit id, quod
relinqui arbitrio Ecclesiæ. Ad hæc, Christum in eodem capitulo loqui
dumtaxat de laicis, non de presbyteris. Nam, ad hos non pertinet pa-
nis viuus de celo, id est, una species sacramenti, sed forte panis mor-
bis de inferno. Iam, quid de diaconibus & hypodiaconibus fieri, qui
necq; laici sunt, necq; sacerdotes. hos oportet, hoc eximio autore, necq;
una, necq; utrancq; specie uti. Intelligis mi Tulichi, morem tractandæ scri-
pturæ obseruantum & nouum. Sed & hoc discees, Christum Iohan.
vi. de sacramento eucharistie loqui: cum ipse doceat se loqui de fide
incarnati verbi, dicens, Hoc est opus dei, ut credatis in eum quem ille
misit. Verum, huic Lipsensi Bibliorum professori, hoc donandum est,
ut quolibet scripturæ loco probet quodlibet. Est enim Theologus.
a iii

DE CAPTIVITATE

Anaxagoricus, immo Aristotelicus, cui nomina & verba transposita eadem & omnia significant. Sic enim aptat scripture testimonia per totum librum, ut si vedit probare, Christum esse in sacramento, ausit incipere, Lectio libri Apocalypsis beati Iohannis Apostoli, quam enim hoc verbum apte diceretur, tam sua dicuntur omnia: & existimat homo prudens, copia allegatorum se hanc suam maniam ornaturum.

Præterea cetera: ne te enecem sentina huius graueolentissime cloacæ. In fine Paulum.i. Corinth.xi.adducit, qui accepisse a Dōmino se, & tradidisse Corinthiis & panis, & calicis usum dicit. Hic iterum nos speciator, sicut ubiqz scripturas egregie tractans docet, Paulum ibidem permisisse utrancq; speciem, non tradidisse. Queris unde probaberis? E capite suo, sicut & illud Iohan.vi. Nam hunc lectorum non decernationem reddere eorum quæ dicit; cum sit de professione eorum; qui visionibus suis omnia probant & docent. Docemur ergo & hic, Apostolum eo loci non ad uniuersos Corinthios scripsisse, sed ad laicos tantum; ideo sacerdotibus illic nihil permisisse, sed priuatos esse uniuerso sacramento. Deinde quod noua grammatica, Accepi a domino, idem sit, quod permisum est a domino. Et tradidi vobis, id est, permisi vobis. Hoc rogo insigniter nota. Nam, hinc non modo Ecclesiae, sed cuilibet passim nebuloni licet, hoc magistro, permissionem facere, ex uniuersis præceptis, institutis, ordinationibus Christi & Apostolorum.

Video itaq; horainem hunc angelo Satanæ agitatum , & eos qui colludunt, hoc querere, ut per me nomen aucupentur in mundo: quia si digni fuerint cum Luthero congredi: sed frustrabitur eos spes sua, & contempti non nominabuntur a me in perpetuum . Vna hac contentus ero responsione ad uniuersos eorum libros . Quod si digni sunt quos Christus ad sanam mentem reducat, oro ut id faciat misericordia sua, si digni non sunt, precor ut non cessent scribere tales libros, & hostes veritatis: ut non alios mereantur legere . Vulgo & vere dicitur, Hoc scio pro certo, quod si cum stercore certo, Vinco vel vincor, semper ego maculor. Deinde, quia video illis otium & chartas abundare: dabo operam, ut negotium scribendi habeant copiosum . Praecurram enim, ut dum glorioissimi viatores, de una aliqua mea haeresi (ut eis videtur) triumphant, ego interim nouam moliar. Cupio em & ego hos insignes bellorum duces, multis titulis ornari . Itaq;, dum illi murmurant, a me laudari utriuscq; speciei communionem, & in maxima ista sec; dignissima re felicissime occupantur: ego procedam

& iam conabor ostendere, omnes esse impios qui utriusq; speciei cō-
muniōnem laicis denegāt. Quod, ut commodius faciam, præludam
de captiuitate Ecclesiæ Romanæ: suo tempore datus plurima, ubi
Papistæ doctissimi, hunc librum superauerint.

Hoc autem facio: ne si pius aliquis lector mihi fuerit obuius, offendatur stercoribus istis: ame tractatis: & iuste queratur, sese nihil legere quod aut ingenium colat & erudit, aut saltē occasionem deruditis cogitationibus. Scis enim quam iniquo animo ferant amici, me occupari istorum hominum sordidis strophis, quas ipsa lectione dicunt abunde confutari: a me vero meliora expectari, quae Satan per eos tentet impedire. Horum consilia tandem statutū est sequi, & rixam di inuchendic negotium crabronibus istis relinquere.

De illo Italo, fratre Cremonensi nihil dicam. Quod homo simplex & idiotus, aliquot locis rhetoricus me conatur ad sanctam sedem reuocare: a qua nondum me recessisse mihi conscientia sum, nec ullus monstrauit. Agit enim, potissimum locis illis ridiculis, quod gratia professionis meæ, & Imperij ad Germanos translati debeat comoediari. Videaturq; omnino, non tam mei reuocationem, quam laudes Gallorum & Romani Pontificis scribere voluisse. cui permittendum est: ut hoc qualicunq; opusculo, obsequium suum testetur. Nee mereatur dure tractari, cum nulla malitia videatur agi: nec erudite confutari, cum mera insciitia & imperitia nugetur omnia.

PRINCIPIO, neganda mihi sunt septem sacramenta, & tan-
tum tria pro tempore ponenda, Baptismus, Poenitentia, Panis: & hæc
omnia esse per Romanam curiam, nobis in miserabilem captivitatē
ducta, Ecclesiæq; sua tota libertate spoliatam, Quanquā, si usū scri-
pturnæ loqui uelim, non nisi unum sacramētum habeam, & tria signa
sacramētalia, de quo latius suo tempore. Nunc de sacramento panis,
omnium primo.

Dicam itaq; quid & in hoc sacramenti ministerio meditatus pre-
mouerim. Nam, quo tempore sermonem de Eucharistia edebam, in
usu cōmuni hærebam: nihil de Papæ siue iure, siue iniuria sollicitus.
At nunc prouocatus & exercitatus, immo per vim raptus in hanc
harenam, dabo libere quæ sentio. Rideant siue plorent Papistæ, vel
uniuersi in unum.

P R I M V M, cap. vi. **Iohannis** in totum est leponendū, ut quod nec syllaba quidem de sacramento loquitur, non modo quod sacramentum nondum esset institutum, sed multo magis, quod ipsa sermonis & sententiārū consequentia, de fide (ut dixi) incarnati verbi padi mīlit eius in eode tristis luto, **C a - VI** **Iohannis** quātūr mōrē p̄bat. Caput hoc ad sacramentū p̄ficiendū, sed a firmis fīmis mōrē at Actūlūm illū cūmbo, Caro nō p̄dēst̄ q̄rit̄, velut oblonga quācūm sc̄p̄ctat̄, ex eo caput dedūit̄, ab eode q̄ caput hoc reuertat̄. Sed tales sunt illi

Ut Sanimeto Lamis & de
DE CAPTIVITATE

Christum loqui dare ostendunt. Dicit enim, Verba mea spiritus & vi-
ta sunt, ostendens se de mandatione spirituali loqui, qua qui come-
dit, vivit: cum Iudaei de carnali eum intelligerent, ideoq; litigarent. At
nulla manducatio vivificat, nisi fidei. haec enim est vere spiritualis &
viva manducatio. Sicut & August. dicit. Ut quid paras ventrem &
dentem? crede, & manducasti. Sacramentalis enim non vivificat. cum
multi mandudent indigne, ut non possit de sacramento intelligi hoc
loco locutus.

Sunt sane quidam his verbis ad sacramentum docendum abusi,
ut & Decretalis, dudem, & multi alij. Sed aliud est, abusus scripturas,
aliud legitimate intelligere. alioquin cum dicit, Nisi manducaueritis
carnem meam, & biberitis sanguinem meum, non habebitis vitam,
omnes infantes, omnes infirmos, omnes absentes, aut quoquo mo-
do impeditos a sacramentali manducatione damnaret, quacunq; si-
de præstarent, si sacramentali manducationem ibi præcepisset. Sic
August. lib. ii. contra Iulia. ex Innocentio probat, etiam infantes citra
sacramentum manducare carnem, & bibere sanguinem Christi, id est.
eadem fide Ecclesiæ communicare. Sit ergo rata haec sententia, cap. vi.
Iohannis nihil ad rem facere. Vnde & alias scripsi, Boemos non pos-
se pro utraq; specie tuenda huic loco fideliter inniti.

Vnde Sanmto
Lamis
Ecclesiastia ang.
Iusta iura

Duo itaq; sunt loei qui de hac re clarissime tractat, Scriptura Evan-
gelica in cena domini, Et Paulus. i. Corint. xi. Quos videamus. Con-
sonant enim sibi Mathæus, Marcus, & Lucas, Christum dedisse disci-
pulis omnibus totū sacramentum: & Paulum utraq; tradidisse par-
tem certam est: ita, ut nullus tam impudentis frontis unquam fuerit,
qui aliud diceret. His adde quod Matheus refert, non de pane Chris-
tum dixisse, manducate ex hoc omnes, sed de calice, bibite ex hoc os-
tones. Et Marcus item non dicit, manducauerunt omnes, sed biberunt
ex eo omnes: uterq; uniuersitatis notam ad calicem, non ad panem
ponens, quasi spiritus futurum hoc schismata præuiderit, quod calicis
communionem prohiberet aliquibus, quem Christus omnibus vo-
luerit esse communem. Quanta putas furia in nos insanirent, si voca-
bulum, omnes, ad panem, & non ad calicem positum intuerissent, nul-
lum nobis prorsus effugium relinquente: clamarent, haereticos decer-
nerent, schismaticos damnarent. At cum a nostra parte sit contra
ipsos, nullo sensu seculi syllogismo, homines libertimi arbitrij,
etiam in ijs quæ dei sunt, mutandis, remutandis, & omnibus consun-
dendis.

Communione sub utraq; Specie
BABYLONICA.

Sed singe me ex aduerso stare, & dominos meos papistas interroga-
re. Totū sacramentū, seu utraq; species, in cena domini, aut datum est
solis presbyteris aut simul laicis. Si solis presbyteris (id enim volūt)
iam nullo modo licet ullā specie dari laicis, non enim temere dandū
est, cui Christus, prima institutione non dedit. Alioquin, si unā Christi
institutione permittimus mutari, iam uniuersas eius leges fecimus ir-
ritas, & quilibet audebit dicere, se non ligari ullā eius lege aut institu-
tionē. Vna enim indiuidua tollit in scripturis maxime, uniuersalem.
Si simul & laicis, iam ineuitabiliter sequitur, laicis non debere negari
utraq; speciem. Quod si denegetur dari petentibus, impie & contra
Christi factum exemplum & institutionem agitur.

Ego fateor, ista me ratione, mihi iniuncta, superauū nec legisse, nec au-
diuisse, nec inuenisse, quid contra dicā? Cum hic Christi verbū & ex-
emplū stet firmissime, ubi non permittendo, sed præcipiendo dicit. Bi-
bite ex eo omnes. Si enim oibus bibendū est, & illud non possit solis
presbyteris dictū intelligi, certe impītū est, laicos petentes ab eo arceri,
etia si angelus de celo hoc faceret. Nā, quod dicit, Ecclesiæ arbitrio re-
sictum esse, distribuendā utrā specie, sineratione dicitur, sine autoritate
producitur, & eadē facilitate contemnitur, qua probatur. nec contra
aduersariū aliquid facit, qui verbū & factum Christi nobis opponit,
quare verbo Christi est referendus, at hoc non habemus.

Si aut̄ utra species potest negari laicis, poterit eis & pars baptismi
& penitentiæ tolli, codē arbitrio Ecclesiæ. cū ubiq; sit par ratio & po-
testas. Quare, sicut totus baptisimus, totaq; absolutio, ita totū sacramen-
tum panis est oibus laicis dandū, si pe:ant. Saris aut̄ miror, eos assere-
re, presbyteris nullo modo licere, in missa unā specie accipere, sub pec-
cato mortali: nulla alia causa, nisi quod (ut omnes unanimiter dicūt)
utraq; species, sit unum plenū sacramentū, quod non debeat diuidi.
Dicant ergo mihi queso, cur laicis licet diuidi, & solis eis non dari in-
tegrū sacramentū? Nonne suomet testimonio cōfident, aut laicis dan-
dam utraq; specie, aut una specie nō dari eis legitimū sacramentū?
Quomodo in presbyteris nō est sacramentū plenū, una species, & in
laicis est plenū? Quid mihi arbitriū Ecclesiæ & potestas Papæ hic ia-
ctatur? Non per hęc soluuntur verba dei, & testimonia veritatis.

Ulta sequitur, si vini speciem potest Ecclesia tollere laicis, potest &
panis speciem tollere, ergo poterit totū sacramentū altaris laicis toller-
e, & Christi institutionē penitus in eis euacuare. Sed qua rogo auto-
ritate? si aut̄ non potest panē aut utraq; tollere, nec vinū potest, nec
potest haberi, quod hic dici potest aduersario, cum candē in utra, quæ

b

De Captivitate

in utraque specie potestatem esse optineat, si non in utraque, nec in una. Opto audire, quid hic adulatores Romani velint dicere.

Sed quod maxime omnium urget, penitusque nec concludit, Christus dicit. Hic est sanguis meus, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Hic clarissime vides, sanguinem dari omnibus, pro quorum peccatis fuisse est. Quis vero audeat dicere, pro laicis non esse fusum? An non vides, quos alloquitur dans calicem? Nonne omnibus dat? Nonne pro omnibus fuisse dicit? Pro vobis (inquit) esto sint ijs sacerdotes: & pro multis, ijs non possunt esse sacerdotes: & tamen dicit, Bibite ex eo omnes. Vellem & ego hic nus gari facile, & verbis meis illudere verba Christi: ut meus nugator facit. Sed scripturis redarguedi sunt, qui scripturis nituntur contra nos. ¶ Haec sunt, quae me prohibuerunt Boemos damnare, qui sive sint mali, sive boni, certe verbum & factum Christi habent pro se: nos autem neutrum, sed tantum inane illud hominum commentum, Ecclesia sic ordinavit, cum non Ecclesia, sed tyranni Ecclesiarum, citra consensum Ecclesiae (id est, populi dei) ista ordinarint.

Obscro autem, quae est necessitas? quae religio? quae utilitas? laicis negari utraque speciem, id est signum visibile, quando omnes concedunt eis rem sacramenti sine signo. Si rem concedunt quae maiori est, cur signum quod minus est non concedut? In omni enim sacramento, signum, in quantum signum, incomparabiliter minus est quam res ipsa. Quid ergo prohibet inquam minus dari, quando maius datur? nisi quod mihi hac permissione irati dei videatur contigisse, ut esset occasio schismatis in Ecclesia, qua significaretur, nos re sacramenti iam dudum amissa, propter signum, & id quod minus est, contra rem maximam & solam pugnare, sicuti quidam pro cerimoniis pugnant contra charitatem. immo, cœptum videtur hoc monstrum eo tempore, quo pro diuitijs mundi cœpimus contra Christianam charitatem infanire: ut deus ostenderet hoc terrifico signo, nos signa maiorum ducere quam res ipsas. Quae peruersitas, si baptisando concedas fidem dæri baptismi, neges autem signum fidei ciuidem, id est, aquam.

Vltimo, stat inuitus Paulus, omnium obstruens ora. i. Corint. ij. Ego accipi a domino, quod & tradidi vobis. Nec dicit, ut e suo cœbro frater mentitur, permisi vobis. Nec est verum, propter contentione illorum utraque speciem donasse. Primo, quod textus ipse indicat, non de utraque specie fuisse contentionem, sed de contemptu & iniuria abundantium & egentium, ut clarus est textus, dicens, Alter eius alter ebrinus est, & confunditis eos qui non habent. Deinde, quod

Communione sub utraque specie

B A B Y L O N I C A.

non loquitur de prima sua traditione, non enim dicit, accipio a domino & do vobis, sed accepi & tradidi, scilicet in initio prædicationis, longe ante hanc contentionem, significans utraque speciem eis tradidisse, quod tradidisse est præcepisse. sicut alibi utitur eodem verbo. Nil ergo sunt quæ fraternalis fumus hic de permissione, sine scripturis, sine ratione, sine causa conglomerat. Aduersarij non querunt quid ipse somniet, sed quid scriptura in his iudiceret: ex qua nec apicem potest producere pro suo somnio, cum illi tanta fulmina pro sua fide proferant.

Surgite ergo hic uniuersi adulatores Papæ in unum, satagite, defendite vos ab impietate, tyrrannie, læsa maiestate Euangeliij, iniuria fraternali opprobrij: qui hereticos iactatis eos, qui non secundum merum capitum vestri somnium, contra tam patentes & potentes scripturas sapient. Si utri sunt heretici & schismatici nominandi: non Boemi, non Græci (quia Euangelijs nituntur) sed vos Romani estis heretici, & impi schismatici: qui solo vestro figmento presumitis contra euidentes dei scripturas. Eluite haec viri.

Quid vero magis ridiculum, & fraterno isto capite dignius dici potuit, quam Apostolum particulari Ecclesiæ, scilicet Corinthiorum, ista scripsisse & permisisse, non autem uniuersali, unde hæc probat. Ex solito penu, nempe proprio & impio capite, cum uniuersalis Ecclesia, Epistolam hanc pro se acceptat, legit, sequitur in omnibus, cur non etiam in hac parte. Quod si demus unam Epistolam aliquam Pauli, aut utrum alicuius locum, non ad uniuersalem Ecclesiam pertinet: iam evacuata est tota Pauli autoritas. Corinthij enim dicent, ea quæ de fide ad Ro. docet non ad se pertinere. Quid blasphemius & insanus hac infania fingi possit. Absit, absit, ut ullus apex in toto Paulo sit, quem non debet imitari & seruare tota uniuersalis Ecclesia. Non sic senserunt patres usque in hæc tempora periculosa, in quibus predixit Paulus, futuros esse blasphemos & cœcos & insensatos. Quorum unus hic frater, vel primus est.

Sed deinceps insaniam hanc intolerabilem. Si particulari Ecclesiæ permisit Paulus, recte ergo Græci, recte Boemi faciunt, etiam te autore. Sunt enim particulares Ecclesiæ, quare satis est eos non agere cōtra Paulum, saltem permittenre. Porro, Paulus permittere non potuit aliquid contra Christi institutū. Oppono igitur Roma tibi, & oibis tuis adulatoribus, hos Christi & Pauli sermones, pro Græcis & Boemis: nec poteris uno pilo monstrare, potestate tibi esse datā, hæc mutandi, multo minus alios propter tuā præsumptionē neglectā, hereticos crimi-
bū ij

Dicitur Sarra. Paris

DE CAPTIVITATE

nandi. sed tu digna es, impietatis & tyrannidis crimen accusari.

Ad hæc legimus in Cypriano, qui unus, contra omnes Romanistas satis potens est, qui lib. v. sermone de lapsis, testatur: multis in Ecclesia illa usum fuisse laicis, etiam pueris, utrancq; specie, immo corpus domini in manu dari. ut per multa exempla docet. Inter cetera eulogo quosdā sic increpat. Et quod non statim domini corpus inquinatis manibus accipiat, aut ore polluto domini sanguinem bibat, sacerdotibus sacrilegus irascitur. Vides hic de laicis eum loqui sacrilegis, q; a sacerdotibus, corpus & sanguinē accipere voluerūt. Habes hic adulator miser quod gannias? dic & hunc sanctum martyrem, unum in Ecclesia, apostolico spiritu doctorem esse haereticum, & in particulari Ecclesia permissione usum.

Recenset ibidem historiā, se teste ac presente factā, ubi diaconus calicem infanti pueras dedisse, immo reluctanti, eidem infusisse sanguinē domini, apertissime scribit. Idem de sancto Donato legitur, cuius calicem fractū. O miser adulator, quā frigide eludit, fractū (inquit) calicem lego, sanguinē datū non lego. Quid mirū? qui in sacris scripturis intelligit quod vult, etiam in historijs legat quod vult. Sed nunquid per hoc stabilitet arbitrium Ecclesiae, aut confutantur haeretici? Verū, hæc abunde satis, non enim utili responderem hęc cœpi, qui dignus non est responsione, sed ut rei veritatem aperiem.

Concludo itaq; Negare utrancq; specie laicis, esse impiū & tyranni cum, nec in manu ullius angeli, nedum Papæ & Concilij cuiuscunq; nec moror Concilii Constantiense, cuius autoritas si valet, cur non valet & Basilien. quod cōtrastauit, Boemis licere utrancq; speciem suscipere, quod multa disputatiōe illi obiectū est, ut extantes annales, & literę Concilij probant. quod Adulator iste ignorans, adducit pro suo somnio, adeo prudenter omnia tractat.

¶ Prima ergo captiuitas huius sacramenti, est, quo ad eius substitutionem, seu integritatē, quā nobis absuluit Romana tyranus. Nō quod peccent in Christū qui una specie utuntur, cum Christus non precepit ulla uti, sed arbitrio cuiuslibet reliquit dicens, Quotiescunq; hæc feceritis, in mei memoriā facietis. Sed quod illi peccant, qui hoc arbitrio volentibus uti, prohibent utrancq; dari, culpa non est in laicis, sed sacerdotibus. Sacramentū non est sacerdotū, sed omniū: nec domini sunt sacerdotes, sed ministri, debentes reddere utrancq; specie petētibꝫ quotiescunq; petierint. Quod si hoc ius rapuerint laicis & vi negauerint, tyranni sunt, laici sine culpa, vel una vel utrancq; carēt: fide interim seruandi, & defyderio integri sacramenti. Sicut baptismū & absolutio-

B A B I L O N I C A.

nem debent petenti, tanquā ius habenti, ipsi ministri: quod si non derint, petens plenū habet fidei suæ meritū, ipsi corā Christo serui ne quam accusabuntur. Sicut olim in eremo sancti patres, in multis annis non on cōmunicauerunt ulla specie sacramenti.

Iraq; non hoc ago, ut vi rapiatur utrancq; species, quasi necessitate precepti ad eam cogamur. Sed conscientiā instruo, ut patiatur quisq; tyranidē Romanā, sciens sibi raptū per vim ius suum in sacramento, propter peccatū suū. tanq; hoc volo, ne quis Romanā tyranidē iusti fecerit, quasi recte fecerit, unam speciem laicis prohibens: sed detestemur eam, ne cōsentiamus ei: tamen feramus eam non aliter, ac si apud Turcam essemus captiui, ubi neutra specie licet uti. Hoc est, quod dixi. mihi pulchrū videri, si generalis Concilij statuto ista captiuitas solueretur, & nobis Christiana illa libertas e manibus Romani tyranne restiteretur, & cuiq; suum arbitrium petendi utendiq; relinquetur, si cut in baptismo & poenitentia relinquitur. At nunc cogit singulis annis unam speciem accipi eadem tyranide: adeo extincta est libertas nobis a Christo donata, sic meruit im pia nostra ingratitudo.

¶ Altera captiuitas eiusdem sacramenti mitior est, quod ad conscientiam spectat, sed quā multo omniū periculosissimū sit tangere, nedūdam nare. Hic Viglephista, & sexcētis nominibus haereticus ero. Quid tum? Postq; Romanus Episcopus, Episcopus esse desi; t, & tyranus factus est, non formido eius uniuersa decreta, cuius scio non esse potestem, articulos nouos fidei condendi, nec Concilij quidem generalis. Dedit mihi quondā, cum Theologiā scholasticā haurirē, occasionem cogitandi, D. Card. Camera. libro sententiā quarto, acutissime disputans, multo probabilius esse, & minus superfluorū miraculorū ponit, si in altari verus panis, verūq; vinū, non aut̄ sola accidentia esse astrue rentur, nisi Ecclesia determinasset contrariū. Postea videns, quę esset Ecclesia quę hoc determinasset, nempe Thomistica, hoc est, Aristotelica, audacior factus sum, & qui inter saxum & sacrum hærebam, tandem stabilium conscientiam meam, sententia priore, Elle videlicet, verum pā nem, verumq; vinū, in quibus Christi vera caro, verūq; sanguis, non aliter nec minus sit, quam illi sub accidentibus suis ponūt. quod feci, quia vidi Thomistarum opiniones, siue probentur a Papa, siue a Concilio, manere opiniones, nec fieri articulos fidei, etiam si angelus de celo aliud statueret. Nam, quod sine scripturis assertur, aut reuelatione probata, opinari licet, credi non est necesse. Hæc autem opinio Thomae, adeo sine scripturis & ratione fluctuat, ut nec philosophia, nec dialecticam suam nouisse mihi videatur. Longe enim aliter Aristoteles, Thomas aq; artus Lyrus b. ij.

DECAPTIVITATE

*tio minima
ad nos non summa
est*
teles de accidentibus & subiecto, quam sanctus Thomas loquitur. ut
michi dolendū videatur pro tanto viro, qui opiniones in rebus fidei,
non modo ex Aristotele tradere, sed & super eum, quē non intellexit,
conatus est stabilire, infelicissimi fundamēti infelicissima structura.

*oderano di
P. 14*
Permitto itaq; qui volet utrancq; opinionem tenere: hoc solū nunc
ago, ut scrupulos conscientiarum de medio tollam: ne quis se reum
hærefeos metuat, si in altari verum panem, verumq; vinum esse credi-
derit. Sed liberum esse sibi sciat circa periculum salutis, alterutrum ima-
ginari, opinari, & credere, cum sit hic nulla necessitas fidei. Ego tamē
meam nunc prosequor sententiam. ¶ Primum nolo eos audire, nec
tantilli facere, qui clamauntur sunthoc esse Viglephisticum, Hysititicum,
hæreticum, & contra Ecclesiæ determinationem. cum hoc non faciat
nisi q; quo multis modis hæreticos esse conuici in re indulgentiarū,
lib. arb. & gratia dei, operibus bonis, & peccatis &c. ut si Viglephus
semel fuit hæreticus, ipsi decies hæretici sint: & pulchrum sit ab hæreti-
cis & peruersis sophistis culpari & criminari, quibus placuisse sum-
ma impietas est. Præterea, quod suas sententias non alia re probare,
nec contrarias alia ratione improbare possunt, quam dicēdo; hoc est
Viglephisticum, Hysiticum, hæreticum. Hoc enim elumbē in sum-
ma semper nata saliuia, atq; aliud nihil: ubi si petas scripturā, dicunt.
Nos sic sentimus, & Ecclesiæ (id est, nos ipsi) sic determinauit: adeo ho-
mines reprobi circa fidem & incredibiles, nobis sua phantasmata, au-
toritate Ecclesiæ, pro articulis fidei audent proponere.

Ecclesia
*via diminua
firmitudo*
Origens
*Aduo. 2. ad finē
I. Corin. ca. xxi.*
transsubstanciatio

Est aut̄ sententiae meæ ratio magna, imprimis illa: quod verbis di-
uinis non est ulla facienda vis, necq; per hominem, necq; per angelum:
sed quantū fieri potest, in simplicissima significatione seruanda sunt
& nisi manifesta circumstantia cogat, extra grammaticam & propria
accienda non sunt. ne detur aduersarijs occasio, uniuersam scriptu-
ram eludendi. Quo cōsilio, recte Origenes olim repudiatus est: quod
ligna, & omnia quæ de paradiſo scribuntur, grammatica locutione
contempta, in allegorias verterit. cum hinc polsi duci, ligna non esse
creata a deo. Ita & hic: cum Euangeliste clare scribant, Christum acce-
pisse panem ac benedixisse, & Actuū liber, & Paulus Apostolus, pa-
nem deinceps appellant, verum oportet intelligi panem, verumq; vi-
num, sicut verum calicem. non enim calicem transsubstanciari etiam
ipsi dicunt. Transsubstanciationem vero potestate diuina factam, cū
non sit neesse ponī, pro signamento humanæ opinionis haberi, quia
nulla scriptura, nulla ratione nititur ut videbimus.

Absurda est ergo & noua verborum impositio, panem pro specie

pr corporis & sanguinis Christi

BABYLONICA.

vel accidentibus panis, vinum pro specie vel accidentibus vini acci-
pi. Cur non & omnia alia pro speciebus & accidentibus accipiunt.
Quod si cetera omnia cōstarent, non tamen liceret verba de sic cleua-
re, & cum tanta iniuria suis significationibus exinaniri.

Sed & Ecclesia ultra mille ducentos anno s recte creditit: nec usquā
nec unquam de ista transubstantiatione (portento scilicet vocabu-
lo & somnio) meminerūt sancti patres, donec cœpit Aristotelis simu-
lata philosophia in Ecclesia graſſari, in istis trecentis nouissimis annis,
in quibus & alia multa perperam sunt determinata. quale est, Essentiā
diuinam nec generari, nec generare. Animā esse formam substantialē
corporis humani. & ns similia, quæ nullis prorsus asseruntur rationi-
bus aut causis: ut ipse ne confiteatur Card. Camera.

Dicent fortassis, periculū idolatriæ cogere, ut non sit panis & vi-
num vere. Ridiculum hoc valde, cum subtilem philosophiam de sub-
stantia & accidentibus laici nunq; cognouerint: nec si docerentur, ca-
pere possint: & idem sit periculum (alius accidētibus quæ vidēt) quod
in substantia quam non vident. Si enim accidentia non adorant, sed
latentē ibi Christū: cur adorarēt pānem quem non vident.

Cur autem non possit Christus corpus suum intra substantiam pa-
nis continere, sicut in accidentibus. Ecce ignis & ferrum due substanciæ,
sic miscentur in ferro ignito, ut quilibet pars sit ferrum & ignis.
Cur non multo magis, corpus gloriosum Christi, sic in omni parte
substantiæ panis esse possit.

Quid facient. Christus ex utero matris natus creditur, illeso. Dicāt
& hic, carnem illam virginis interim fuisse annihilatam, seu ut aptius
dici volunt, transubstantiatam, ut Christus in accidentibus eius inuo-
latus, tandem per accidētia prodire. Idem dicendū erit, de ianua clau-
sa, & ostio monuacū clavulo, per quæ illesa intravit & exiuit. Sed hinc
nata est Babylonica illa philosophia istius, de quantitate continua di-
stincta a substantia, donec eo ventū sit, ut ignorent & ipsi, quæ sint ac-
cidentia, & quæ substantia. Nam, quis certo monstrauit unquam, ca-
lorem, colorem, frigus, lucem, pondus, figuram, esse accidētia? Deniq;
accidētibus illis in altari, coacti sunt singere nouū esse, ac creari a deo,
propter Aristotelē, qui dicit, Accidentis esse est inesse. Et infinita mon-
stra, quibus omnibus essent liberi, si simpliciter panem ibi esse verum
sinerent. Et plane gaudeo, saltem apud vulgum, reliquam esse simplicē
fidem sacramentū huius. Nam, ut non capitunt, ita nec disputant, an ac-
cidentia ibi sint sine substantia: sed simplici fide, Christi corpus & san-
guinem, veraciter ibi contineri credunt, dato ociosis illis negotio, de-

*Ami
1200*

Antiphon pl. 17

*Argumenti et
rux*

exta apta

*Vulgi Sapientia
p. 1. tric
app. xxviii*

Panis est corpus Christi. Vim sanguis.

DE CAPTIVITATE

eo quod contineat disputandi.

At dicent forte, Ex Aristotele doceri, subiectū & prædicatum propositionis affirmatiæ, debere pro eodem supponere, seu (ut bestiæ ipsius verba ponam) ex vi. metaphysicorum. Ad affirmatiæ requiriatur extreñorum compositio, quam illi exponunt, pro eodem suppositionem. Quare, dum dico, hoc est corpus meum, subiectū non posse pro pane supponere, sed pro corpore Christi.

Quid hic dicemus? quando Aristotelem & humanas doctrinas facimus tam sublimium & diuinarum rerum censores? Cur non exploſa ista curiositate, in verbis Christi simpliciter hæremus, parati ignorare quicq; ibi fiat, cōtentiq; verū corpus Christi, virtute verborū illuc adesse? An est necesse, modos o patiōis diuine omnino cōprehēdere?

Verum, quid ad Aristotelem dicunt? Qui subiectū omnibus prædicamentis accidentium tribuit, licet substantiam velit esse primum subiectum. Vnde apud eum, hoc album, hoc magnum, hoc aliquid, sunt subiecta de quibus aliquid prædicatur. Quæ si vera sunt, Quero, si ideo est transubstantiatio ponenda, ne corpus Christi de pane verificetur, cur non etiam ponitur transaccidentatio, ne corpus Christi, de accidente affirmetur? Nam idem periculum manet, si per subiectū intelligat quis, hoc album, vel hoc rotundum est corpus meum? & qua ratione transubstantiatio ponitur, ponenda est & transaccidentatio: propter suppositionem ista. n extreñorum pro eodem.

Si aut̄, intellectu excedens, eximis accidens, ut non velis subiectum pro eo supponere, cum dicis, Hoc est corpus meum: cur non eadē facilitate transcendis substantiam panis? ut & illam velis non accipi per subiectū, ut non minus in substantia quam accidente sit, hoc corpus meum: præsertim cum diuinū illud sit opus, virtutis omnipotentis, que tantum & taliter in substantia, quantum & qualiter in accidente potest operari?

Sed ne n. miū philosophemur, Nonne Christus videtur huic curiositat̄ pulchre occurrisse, cū non de vino dixerit, hoc est sanguis meus, sed hic est sanguis meus? Et multo clarius, cum calicis miscet nomen, dicens: Hic calix noui testamēti, in meo sanguine. Nōne videtur nos voluisse in simplici fide continere, tantū ut crederemus sanguinē suū esse in calice? Ego sane, si non possum consequi, quo modo panis sit corpus Christi, captiuabo tamen intellectū meū in obsequiū Christi, & verbis eius simpliciter inherens, credo firmiter, non modo corpus Christi esse in pane, sed panem esse corpus Christi. Sic enim me seruabunt verba, ubi dicit. Accepit panē, gratias agens, fregit & dixit. Acc.

B A B Y L O N I C A.

cepite, manducate: hoc (id est, hic panis, quem acceperat & fregerat) est corpus meū. Et Paulus. Nonne panis quem frangimus participatio corporis Christi est? Non dicit, in pane est, sed ipse panis est participatio corporis Christi. Quid si Philosophia hæc non capit? Maior est spiritus sanctus quam Aristoteles. Nunquid capit transubstantiationem illorū: cum & ipsi fateantur, hic uniuersam philosophiam ruere? Quod aut̄ in græco & latino pronomen, hoc, ad corpus refertur, facit similitudo generis: sed in hebreo, ubi neutrum genus non est, refertur ad panem, ut sic liceat dicere, Hic est corpus meum. quod & ipse usus loquendi & sensus cōmuni probat: subiectū scilicet esse monstratiū panis, & nō corporis, dum dicit. Hoc est corpus meum, das ist meyn leyp. id est, iste panis est corpus meum.

Sicut ergo in Christo res se habet, ita & in sacramento. Non enim ad corporalem inhabitationē diuinitatis necesse est transubstantiari humanā naturā, ut diuinitas sub accidentibus humanae naturæ teneatur. Sed integra utraq; natura, vere dicitur, Hic homo est deus, hic deus est homo. Quod & si philosophia non capit, fides tamen capit. Et maior est verbi dei autoritas, quam nostri ingenij capacitas. Ita in sacramento, ut verum corpus, verusq; sanguis sit, nō est necesse panem & vinum transubstantiari, ut Christus sub accidentibus teneatur: sed utroq; simul manente, vere dicitur, hic panis est corpus meū, hoc vīnum est sanguis meus, & ecōtra. Sic interim sapiā, pro honore sanctorum verborū dei: quibus per humanas ratificulas nō patiār vim fieri & ea in alienas significationes torqueri. Permitto tamen alijs opinionem alterā sequi, quæ in decretali firmiter statuitur: Modo non urgeant, suas opiniones (ut dixi) pro articulis fidei a nobis acceptari.

¶ Tertia captiuitas eiusdem sacramenti, est longe imp̄issimus ille abusus, quo factū est, ut fere nihil sit hodie in Ecclesia receptius ac magis persuasum, quam Missam esse opus bonum & sacrificiū. Qui abusus deinde inundauit infinitos alios abusus: donec fide sacramenti penitus extincta, meras nundinas, cauponatiōes, & questuarios qdā contractus e diuino sacramento fecerint. Hinc participationes, fraternitates, suffragia, merita, anniversaria, memoriae, & id genus negotiorum in Ecclesia venduntur, emuntur, paciscuntur, cōponuntur: penitcq; in his uniuersa alimonia sacerdotū & monachorum.

Rem arduam, & quam forte sit impossibile conuelli, aggredior: ut quæ tanto saeculorū usū firmata, omnīq; consensu probata, sic infesterit, ut necesse sit maiorem partē librorū qui hodie regnant, & pene uniuersam Ecclesiā faciem tolli & mutari, penitusq; aliud genus ce-
c. missa penit. sūt

Das ist em g

Losa

*Apia Cpara
Lasciato*

ipse Sir

Alij aline

Tertia Cap

MISSA

*Rcs ardu
Sed quā mīr mult
ge alīn interptab*

Mis̄am nō es̄t opus bonū DE CAPTIVITATE

rop Ch̄m audi
lum

rimoniarū induci, seu potius reduci. Sed Christus meus viuit: & ma-
iori cura verbū dei oportet obseruare, quam omnium hominum &
angelorum intelligentias. Ego mea vice fungar, rem ipsam in lucem
producturus: gratiſq; ſicut accepi veritatem, ſineq; inuidia cōmunicatu-
rus. Cæterum, quifq; ſuę ſalutis rationem habeat, incredulitatis ſuę
& ignoratae veritatis culpam, in me ne ullus torqueare poſſit, coram
iudice Christo fideliter operam dabo.

PRINCIPIO, ut ad veram liberamq; huius sacramenti ſci-
entia tuto & feliciter perueniamus, curandū eft ante omnia, ut omni-
bus ihs ſepotitis quae ad institutionē huius sacramenti primitiuam &
ſimpliçem humanis ſtudijs & feruoribus ſunt addita: qualia ſunt, ve-
ſtes, ornementa, cantus, preces, organa, lucernæ, & uniuersa illa viſi-
biliū rerū pompa: ad ipſam ſolam & puram Christi institutionē ocu-
los & animū vertamus: nec nobis aliud proponamus, quam ipſum
verbū Christi qno inſtituit & perfecit ac nobis cōmēdauit ſacramen-
tum. Nam in eo verbo, & proſuſ nullo alio ſita eſt viſis, natura, & to-
ta ſubſtantia Missæ. Cetera omnia ſunt humana ſtudia, verbo Christi
acceſſoria, ſine quibus Missa optime poſteſt haberi & ſubſiſtere. Verba
aut̄ Christi, quibus ſacramentū hoc inſtituit, ſunt hæc.

Coenantibus aut̄ eis, accepit Ihesus panem & benedixit ac fregit, de-
ditq; diſcipulis suis & ait, Accipite & manducate, hoc eſt corpus meū
quod pro vobis tradetur. Et accipiens calicem gratias egit & dedit il-
lis dicens, Bibite ex hoc omnes, Hic eſt calix nouū testamentū in meo
ſanguine, qui pro vobis & pro multis effundetur in remiſſione peccatorum. Hoc facite in meā cōmemorationem.

Quæ verba & Apoſtolum i. Corint. xi. tradiſt & latius explicat: quib-
us nos oportet nitī, & ſuper ea ædificari, eu ſupra firmā petram, ſi
non volumus omni vento doctrinæ circumferri: ſicut haec tenus circū
lati ſumus per impias doctrinas hominum auerſantiū veritatem. Ni-
hil enim in hiſ omissum quod ad integritatē, uſum, & fructū huius
ſacramenti pertinet, nihilq; poſitū quod ſuperfluū, & non neceſſariū
ſit nobis noſſe. Qui enīa omiſſis hiſ verbiſ de Missa vel meditatur,
vel docet, monſtra impletatiſ docebit, ut factum eſt per eos, qui opus
operatum, & ſacrificium ex eo fecerunt.

Sunt ergo primum & infallibiliter, Missam ſeu ſacramentū altaris,
eſſe teſtamen̄tū Christi, quod moriens poſte reliquit, diſtribuendum
ſuis fidelibus. Sic enim habent eius verba, Hic calix nouū teſtamen-
tū, in meo ſanguine. Sunt inquam iſta veritas ut fundamen̄tū immo-
bile, ſuper quod omnia ſtruemus quæ dicenda ſunt. hoc enīa vide-

Caris I. Mifſa Teſtamen̄tū Christi B A B Y L O N I C A

bis, ut ſubuertemus omnes hominū impietates in hoc dulcissimū ſa-
cramentum inuectas. Verax ergo Christus vere dicit, hoc eſte nouum
teſtamen̄tū in ſanguine ſuo pro nobis fuſo. Non fruſtra hæc incul-
co:res eſt non parua, & imis ſenſibus reponenda.

¶ Quæranus ergo quid ſit teſtamen̄tū, & ſimul habebimus, quid
ſit Mifſa, quis uſus, quis fructus, quis abuſus eius. Teſtamen̄tū abſq; Teſtamen̄tū
dubio, eſt promiſſio morituri, qua nuncupat hæreditatem ſuam, & in-
ſtituit hæredes. Inuoluit itaq; teſtamen̄tū, primo mortem teſtatoris: de
inde hæreditatis promiſſionē, & hæredis nuncupationem. Sic enim
Paulus Ro. iiij. & Gal. iiij. & iiiij. & Heb. ix. diſſufe teſtamen̄tū tractat.
Quod & in verbis iſtis Christi clare videmus. Mortem ſuā Christus
teſtatur, dum dicit, Hoc eſt corpus meū quod tradetur: Hic ſanguis
meus qui effundetur. Hæreditatē nuncupat & designat, cum dicit, In
remiſſione peccatorum. Hæredes aut̄ inſtituit cum dicit, pro vobis
& pro multis: id eſt, qui acceſſant & credunt promiſſioni teſtatoris.
fides enim hæredes facit, ut videbimus.

Vides ergo, quod Mifſa (quam vocamus) ſit promiſſio remiſſiōis
peccatorū a deo nobis facta: & talis promiſſio, que per mortem filij
dei firmata ſit. Nam, promiſſio & teſtamen̄tū, non diſſerūt alio, quā
quod teſtamen̄tū ſimul inuoluit mortem promiſſoris. Et teſtator
idem eſt quod moriturus promiſſor: promiſſor autem viſturus (ut ſic
dicam) teſtator. Hoc teſtamen̄tū Christi präfiguratum eſt in omnibus
promiſſionibus dei ab initio mundi: immo, omnes promiſſiones
antiquæ in iſta noua futura in Christo promiſſione valuerunt, quie-
quid valuerunt: in eaq; peperderunt. Inde uſitatiſſima ſunt illa inſcri-
pturis verba, pactum, ſcēdus, teſtamen̄tū domini. Quibus ſignifica-
batur, deus olim moriturus. Nam, ubi teſtamen̄tū eſt, mors teſtatoris
intercedat neceſſe eſt. Heb. x. Deus autem teſtatus eſt, ideo neceſſe fuit
eum mori. mori autem non poſtuit, niſi eſſet homo. Ita in eodem te-
ſtamenti vocabulo, compendioſiſſime, & incarnatio, & mors Chri-
ſti comprehenſa eſt.

Ex quibus iam ſua ſponte patet, quiſ ſit uſus & abuſus Missæ, quae
digna vel indigna präparatio. Si enim promiſſio eſt, ut dictum eſt:
nullis operibus, nullis viribus, nullis meritis ad eam acceditur, ſed ſo-
la fide. Vbi enim eſt verbum promiſſoris dei, ibi neceſſaria eſt fides
acceptantis hominis: ut clarum ſit, initium ſalutis noſtræ eſſe fidem,
que pendeat in verbo promiſſoris dei: qui citra omne noſtrum ſu-
diū, gratuita & immerita misericordia nos præuenit, & offert pro-
miſſionis uere verbum. Mifſit enim verbum ſuum, & ſic ſanauit eos:

¶

Promiſſio
Teſtamen̄tū

Paſti. fædus. Tidam

Sola fide ad miſ-
ericiordia noſtri

Fides

Lamc. I.

DE CAPTIVITATE

Non autem accepit opus nostrum, & sic saluauit nos. Vobis dei omniū primum est; quod sequitur fides; fidem charitas, Charitas deinde facit omne bonum opus. quia non operatur malum, immo est plenitudo legis. Nec alia via potest homo cum deo, aut conuenire, aut agere, quam per fidem, id est, ut non homo suis operibus ullis, sed deus sua promissione sit autor salutis: ut omnia pendent, portentur, seruentur: quod in verbo virtutis suae: quo genuit nos, ut essemus initium aliquod creature eius.

Promissio Adae

Sic Adae post lapsum erigendo dedit hanc promissionem, dicens ad serpentem, Inimicitias ponam inter te & mulierem, inter semen tuum & semen illius. ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo illius. In hoc promissionis verbo, Adam cum suis tanquam in gremio dei portatus est, & fide illius seruatus, expectans longanimitatem mulierem quae conteret caput serpentis, sicut deus promisit. Et in hac fide & expectatione etiam mortuus est, ignarus quando & qualis esset futura, futurā tamen non diffidens. Nam talis promissio cum sit veritas dei, etiam in inferno seruat credentes, & expectantes eam. Post hanc secuta est promissio alia facta Noe usque ad Abraham, dato pro signo foederis arcu nubiū: cuius fide, ipse & posteri eius propitium deum inuenierunt. Post hunc, Abraham promisit benedictionem omniū gentium in semine eius. Et hic est sinus Abrahæ, in quem sunt recepti posteri eius. Deinde, Moysi & filiis Israhel, præcipue David, apertissimam de Christo, promissionem dedit, quo reuelauit tandem, quæ fuerit præcis. facta promissio.

Sic ventus est ad promissionem omniū perfectissimam noui testamenti, in qua apertis verbis, vita & salus gratuito promittuntur, & credentibus promissioni donantur. Et insigni nota discernit hoc testamentum a veteri, dum dicit, Nouum testamentum. Vetus enim testamentum per Mosen datum, erat promissio non remissionis peccatorum, seu æternarum rerum, sed temporalium, nempe, terræ Canaan, per quam nemo renouabatur spiritu, ad hereditatem celestem capescendam. unde & irrationaliter pecudem in figura Christi, oportebat occidi, in cuius sanguine idem testamentum confirmabatur: ut qualis sanguis, tale testamentum: qualis hostia, talis promissio. At hic dicit, Testamentum nouum in meo, non alieno, sed proprio sanguine: quo gratia per spiritum, in remissionem peccatorum, ad hereditatem capienda promittitur.

Est itaque Missa, secundum substantiam suam, proprie nihil aliud, quam verba Christi prædicta, Accipite & manducate &c. ac si dicatur. Ecce o homo peccator & damnatus, ex mera gratuitate charitate qua diligo te, sic volente misericordiarum patre, his verbis promitto tibi, ante omne-

Verbum Dei
fides
Charitas
Bonum opus.

Promissio Adae

Promissio Noe

Abraham
Aliorū

Testamentū

Testamentū

Isaiah secundū sub
statia

Declaratio
Verbi Christi

Mis̄a

B A B Y L O N I C A .

meritū & votum tuum, remissionem omniū peccatorum tuorum, & vitā æternam. Et ut certissimus de hac mea promissione irreuocabilis sis, corpus meum tradam, & sanguinem fundam, morte ipsa hanc promissionem confirmatur: & utrumque tibi in signum & memoriale eiusdem promissionis, relicturus. Quod cum frequentaueris, mei memor sis, hāc meā in te charitatē & largitatē prædices & laudes, & gratias agas.

Ex quibus vides, ad Missam digne habendā aliud non requiri quam fidem, quę huic promissioni fidelerit nitatur: Christum in his suis verbis veracem credat: & sibi hæc immensa bona esse donata, non dubitet. Ad hanc fidem mox sequetur sua sponte, dulcissimus affectus cordis, quo dilatatur & impinguatur spiritus hominis (hæc est charitas, per spiritum sanctum in fide Christi donata) ut in Christū, tam largū & benignū testatorem rapiatur, siatque penitus alius & nouus homo. Quis enim non dulciter lachrymetur, immo pre gaudio in Christū pene exanimetur, si credat fide indubitate, hæc Christi promissionem inestimabilem ad se pertinere? Quomodo non diliger tantū beneficium, qui indigno & longe alia merito, tantas diuitias & hereditatem hanc æternam, præueniens offert, promittit, & donat?

Quocirca, una & sola miseria nostra, quod multas Missas in orbe habemus, & nulli vel pauci has promissiones & diuitias propositas agnoscimus, cōsideramus, & apprehendimus. Cum reuera in Missa aliud agi non oporteat maiori, immo uno studio, quam ut hæc verba, has promissiones Christi, que vere sunt ipsa Missa, ante oculos versaremus, meditaremus & ruminaremus: quo fidem in ea exerceremus, nutritremus, augeremus, & roboraremus, & roboraremus, hæc quotidiana commemoratione. Hoc est enim quod præcipit, dicens, Hoc facite in meam cōmemorationē. Hoc ipsum agere deberet Euangelista, ut promissionem istam populo fidelerit inculcare, & cōmemoraret, ad prouocandā fidem eorum in eandem. At nunc, quota pars nouit Missam esse promissionem Christi? ut taceam impios fabulatores, qui humanas traditiones vice tantæ promissionis docent. Quod si etiā hæc verba Christi docent, non tamen nomine promissionis aut testamenti, ac per hoc non ad obtinendam fidem, docent.

Quin quod deploramus, in hac captiuitate: omni studio cauerit hodie, ne verba illa Christi ullus laicus audiat: quasi sacratiora quam ut vulgo tradi debeant. Sic enim insanimus, & verba consecrationis (ut vocant) nobis sacerdotibus solis arrogamus occulte dicenda: sic tamen, ut ne nobis quidem prosint, cum nec ipsi ea ut promissiones seu testamentum habeamus ad fidem nutriendam, sed nescio qua sit

& iij.

Mis̄a
Fides
Affectionis rurdis

Bona Consolati

Mis̄eria nostra
plures missas
autem Regiam

Coniunctionis
monte

Verba præseratio
no dñi occulti
hæc

Lamis . I

DECAPTIVITATE

Satan

superstitione & impia opinione ea reueremur potius quam eis credimus. Qua miseria nostra quid aliud Satan in nobis operatur, quā ut nihil de Missa in Ecclesia reliquum faciat: curet tamen interim omnes angulos orbis Missis plenos esse, hoc est, abusionibus & irmissionibus testamenti dei, grauissimisq; idolatriæ peccatis, mundum assidue magis ac magis onerari ad damnationē maiorē augendā? Quod enim idolatriæ peccati grauius esse potest, quā promissionibus dei peruersa opinione abutit, & fidem in easdem vel negligere, vel extingueret.

Neq; enim deus (ut dixi) aliter cum hominibus unquam egit aut agit, quam verbo promissionis. Rursus, nec nos cum deo unquā age realiter possimus, quam fide in verbū promissionis eius. Opera ille nihil curat, nec eis indiger; quibus potius erga homines, & cū hominibus & nobis ipsi agimus. Indiger aut, ut verax in suis missis a nobis habeatur, talisq; longanimitate sustinetur, ac sic fide, spe & charitate colatur. Quo sit, ut gloria suam in nobis obtineat; dum non nobis currentibus, sed ipso misericerte, promittente, donante omnia bona accipimus & habemus. Ecce hic est verus cultus dei & latraria, quam in Missa debemus persoluere. Sed quia promissionis verba nō traduntur, quæ fidei exercitatio haberi potest? At sine fide quis ferat? quis amat, sine fide, spe, & charitate quæ latraria? Non est itaq; dubium, uniuersos hodie sacerdotes & monachos eū Episcopis & omnibus suis maioribus esse idolatras, in statu periculosisimo agentes. ob hāc Missæ seu sacramenti, seu promissionis dei ignorantia, abusionē, irmissionem.

Quilibet enim facile intelligit, quod hęc duo sunt simul necessaria, promissio, & fides. Sine promissione enim credi nihil potest, sine fide autem promissio inutilis est. cum per fidem stabilisatur & impleatur. Ex quibus itidē facile quiuis colligit, Missam, cū sit aliud nihil quam promissio, hac fide sola adiri & frequentari: sine qua, quicquid peculiarū, preparatoriū, operū, signorū, gestū affertur, irritabula sunt impietatis, magis quam officia pietatis. cum fere fiat, ut his paratis, existiment se fidelegitime altaria accedere, & re vera non fuerint ullo tempore vel opere magis inepti: propter infidelitatē quā secū affertur. Quantos paſsim videas & quotidie sacrificulos, qui si vel inepite vestiti, vel illoris manibus, vel inter precandū titubantes quid leuiuscule errarent, ingenti fere miseri criminē reos faciunt. At, quod Missam ipsam, id est, diuinam promissionem neq; obseruant, neq; credunt, prorsus, ne tantillū quidem habent conscientiæ. O indigna religio nostro culto, omnium impiissimo & ingratisimo.

Preparatio itaq; digna, & usus legitime non est, nisi fides qua cre-

Déus promis.
Homo fides
Op̄a mil̄it

Cultus Dei

VAE

Promissio fides

Sacrificios

Missa

BABYLONICA

A tri'surp ad
Saramē.

ditur Missæ, id est, diuinæ promissioni. Quocirca, accessurus ad altare, siue sacramentū accepturus, caueat, ne vacuus appareat in cōspectu domini dei. Vacuus aut erit, si fidem non habuerit in Missam ieuuenientem hoc nouū. Qua impietate quid posset grauius cōmittere in diuinam veritatem, quam hac incredulitate sua. quantum est in se, mendacem arguit, & vane promittētem. Tūtissimū itaq; fuerit, ad Missam non alio animo accedere, quam si ad audiendam quamlibet aliā promissionem velis accedere; hoc est, ut paratus sis non multa operari & afferre, sed omnia credere & accipere quę tibi illic promittuntur, seu promissa pronunciantur per ministerium sacerdotis. Hoc animo si non veneris, caue accesseris: in iudicium sine dubio accedes.

Recte itaq; dixi, totam virtutem Missæ consistere in verbis Christi, quibus testatur remissionem peccatorū donari omnibus, qui credūt corpus eius trādi, & sanguinem eius fundi pro se. Atq; ob hanc rem, nulla re magis opus esse auditur Missam, quam ut ipsa verba sedulo & plena fide meditentur. quod nisi fecerint, frustra omnia alia fecerint. Hoc sane verum est: in omni promissione sua deus fere solitus est adjicere signū aliquod, ceu monumentū, ceu memoriale promissiōis suā: quo fidelius seruareur, & efficacius moneret. Sic in promissione Noe data de non perdenda terra alio diluvio, dedit arcū suum in nubibus: quo dixit se se recordaturum scederis sui. Et Abraham, post promissionem hæreditatis in semine suo, dedit circumcisōē in signacu luna iustitiae fidei. Sic Gedeoni dedit vellus aridum & roridum, ad firmandam promissionem suam super vincēdīs Madiānītis. Sic Achas per Esaiam obtulit signum, pro vincendo rege Syri & Samarię, quo promissioni suę fidem in eo firmaret. Talia multa legimus signa, promissionum dei in scripturis.

Sic & in Missa, hac omniū principi promissione adiecit signū memoriale tantæ promissionis, sūu ipsius corpus, & suum ipsius sanguinem in pane & vino: sicut dicit, Hoc facite in meā cōmemorationē. Sic in Baptismo, verbis promissionis adjicet signum mersionis in aquam. Ex quibus intelligimus, in qualibet promissione dei duo propōni, verbum, & signum: ut verbum intelligamus esse testamentum, signū vero esse sacramentū, ut in Missa, verbū Christi et testamentū, panis & vinum sunt sacramentū. Atq; ut maior vis sita est in verbo quam signo, ita maior in testamento quam sacramento. Quia potest homo verbum seu testamentū habere & eo uti, absq; signo seu sacramento. Crede, inquit Aug. & manducasti. Sed cui credit, nisi verbo prouidūtus? Ita possum quotidianè, immo omni hora Missam habere,

In promissio
Signū

Verbum Testamētū
In missa

Saramētū

Quo anno cōdū
missa

Verba Chri m̄ta
da

Signa p̄missi
Noe
Abraham
Gedeoni

Ach.

Signi in mis
In Baptis.

Verbum & Sig

Augus

Verbum Chri
P̄missio et missa

DE CAPTIVITATE

dum quoties voluero, possum verba Christi mihi proponere, & fidē meam in illis alere & roborare: hoc est reuera, spiritualiter manducare & bibere.

*Itogli Seqñti
arij;*

Hic vides, quid & quantum Theologi sententiarij in hac re præstiterint. Primum, id quod summū & capitale est, nempe testamentū & verbū promissionis, nullus eorum tractat: atq; ita fidem & totā Missā virtutē nobis oblitterarunt. Deinde, alterā eius partē, scilicet signū seu sacramentū, solum versant, sed ita, ut nec in hac fidem doceant, sed suās præparationes, & opera operata, participationes & fructus, Missam, donec in profundū venerint, & de transubstantiatione, alijsq; infinitis metaphysicis nugis nitigarentur, & scientiā verumq; usum tā testamenti quā sacramenti cum uniuersa fide abolerent: facerentq; ut populus Christi (ut propheta dicit) obliuisceretur dei sui diebus innuerteris. Tu vero, sine aliis percensere varios fructus auditae Missæ, & animū tuum hūc intendet: ut cum Propheta dicas & credas, hic tibi a deo paratā esse mensam corā te, aduersus oēs q; tribulat te, in q; pascat & pinguecat fides tua. Nō autē pascit fides tua, nisi promissiōis diuinæ verbo. Homo em̄ non in solo pane viuit, sed in omni verbo qd procedit de ore dei. Quare, in Missa ante omnia verbi promissionis te obseruatorē esse curiosissimū oportet, tanq; opulentissimi conuiuij, omnimode pascuæ, & sanctæ refectionis tuæ: ut hoc præ omnibus maximi facias, plurimū in id confidas: & firmissime in eo hēreas, etiā per mortē & omnia peccara. Quod si feceris, non solū stillas istas, & minutias fructū Missæ, quas quidā etiam superstitione finixerunt, sed ipsū fontem principalem vitę obtinebis, fidem scilicet verbi, ex qua omne bonum fluit. *sicut lo. iiii. dicit.* Qui in me credit, de ventre eius fluent aquæ viuae. Item, Qui biberit ex aqua, quam ego dabo, fiet in eo fons aquæ viuae salientis in vitam æternam.

Iam duo sunt, quæ solēt nos tentare ne fructus Missæ percipiamus. Alterum est, nos esse peccatores & indignos præ nimia vilitate rebus tantis. Alterum, etiam si digni essemus, magnitudo tamen rerū tanta est ut natura pusillanimis non audeat ea petere aut sperare. Nam, res missione peccatorū, & æternā vitam quis nō stupescat potius quā optet, si digne pensetur magnitudo honorū quæ per ea veniunt: habere scilicet deum patrem, esse filium, haeredem omnium honorū dei. Aduersus hanc geminam pusillanimitatem, oportet ut verbū Christi apprehendas, ipsumq; multo fortius intuearis quam has cogitationes infirmitatis tuæ. Magna enim sunt opera domini, exquisita in omnes voluntates eius: qui potes est dare supra quā peimus aut intelligimus.

*po prophēt ad
Christiām
find ih. dīb da*

ut his missā

io Terrinamēta

*Rēmēdiū
op̄a Dei*

BABYLONICA

Nisi enim superarent nostram dignitatem, nostram capacitatē, nostrum deniq; omnē sensum, diuina non essent. Sic & Christus nos animat dicens, Nolite timere pusillus grec. plautus enim patri vestro, dare vobis regnum. Hæc ipsa enim exuberantia incomprehensibilis dei in nos per Christū effusa, facit ut eum rursus super omnia ardenter diligamus, summa fiducia in eum feramur, omnia contemnamus, prompti simus omnia pro eo pati. unde & recte fons dilectionis hoc sacramentum est appellatum.

In qua re exemplum tibi sume ex hominibus. Si enim cuiquā mē dico, aut etiam indigno & malo seruo, legaret dīfīsīmus dominus mille aureos: certe cum fiducia eos postularet & acciperet, nec indignitatis lūce, nec magnitudinis testamenti habita ratione. Quod si quis ei relistens objiceret indignitatem suam, & magnitudinem testamēti, quid putas dicturus est? Scilicet, quid ad te? non ego merito meo, nec iure ullo proprio accipio quod accipio. Scio me indignum, & maiora accipere quam mereat, immo contraria merui; sed iure testamēti & alienæ bonitatis peto quod peto. Si illi non fuit indignum tanta tam indigno legare, cur ego propter indignitatem meam contemnam acceptare? quin hac ipsa causa magis amplector, gratuitam & alienam gratiam, qua ego sum indignior. Eadem cogitatione armari oportet & cuiusq; conscientiam aduersus omnes scrupulos & morsus suos, ad hanc Christi promissionē indubitata fide obtainēdā sumū pere cauendo, ne fiducia confessionis, orationis, præparationis quisquam accedat; sed his omnibus desperatis, in superba fiducia promittentis Christi. Quia, ut dictū est satis, verbum promissionis hic solū regnare deberet in fide pura, quæ est unica & sola sufficiens præparatio.

Videmus ex his, quam grandi ira dei factum sit, ut verba testamenti huius nos celerint imp̄i doctores: tāq; per hoc ipsum fidē extinxerūt, quantū in eis fuit. Iam prouum est videre, quid ad fidem extinctā sequi fuit necesse. Nempe, superstitiones operū imp̄issimas. Vbi em̄ fides occidit, & verbū fidei obmutescit, ibi mox surgunt opera in locum eius, & traditiones operum. Quibus ceu captiuitate Babylonica translati sumus de terra nostra, captis omnibus desiderabilibus nostris. Ita de Missa contigit: quæ impiorū hominū doctrina mutata est in opus bonum, quod ipsi vocant opus operatum, quo apud deum sele omnia præsumunt posse. Inde processum est, ad extremū insaniae: ut quia Missa ex vi operis operati valere mentiti sunt, adiecerint, eam nō minus utilē esse ceteris, etiā si ipsi impio sacrificio noxia sit. Atq; in hac harenā fundauerunt suas applicationes, participationes, & fra-

Chri uerbū

Extm apti

Bellt aptat

Cautio

Impij dōtō

Conſentio crī

*Missa nō est o
bonū.
Potius s̄t hor̄ repa
Lutherus*

Paris.

DECAPTIVITATE

ternitates, anniversaria, & id genus infinita lucri & quæstus negotia.
Contra has laruas quia validæ sunt & multæ, penitusq; in se derit,
nisi constantissima cura obseruaueris quid sit Missa, & præcedentum
fortiter memineris, vix subsistes. Auditæ enim, Missam aliud non esse,
quam promissionem diuinam, seu testamentum Christi, sacramento
corporis & sanguinis sui commendatum. quod si verum est, intelli-
gis: Non posse ipsum esse opus ullo modo, nec quicquam in ipso fie-
ri: nec alio studio a quoquam tractari, quam sola fide. Fides autem nō
est opus, sed magistra & vita operum. Quis enim est uspiam tam insa-
nus, ut promissionem acceptam, aut testamentum donatū, vocet opus
bonum quod suō testatori faciat accipiens? Quis est hæres, qui patri
suo testatori existimet benefacere dum instrumenta testamēti cum ha-
reditate testata accipit? Quæ est ergo impia temeritas nostra, ut diuinū
testamentum accepturi veniamus ut bonum opus ei facturi? Est ne
ista ignorantia testamenti, & captiuitas tanti sacramenti omnibus la-
chrymis superior. Vbi de acceptis grati esse debemus venimus super
bi, daturi accipienda, irridentes inaudita perueritate donatoris mis-
ericordiam, dum hoc donamus ut opus quod accipimus ut donum;
ut testator iam non suorum largitor bonorum, sed nostrorum sit ac-
ceptor, Vt impietas isti.

etiam ab alio Sacro.
ipip **ERR**
ap. ist. ab alio Sacro.
lisfa nō pos
pro alio fieri
Sed hinc
Quis vero unquā fuit tam demens, ut baptismum ducret esse bo-
num opus, aut baptisandus crederet, seū opus facere quod pro se
& alijs deo offerret & cōmunicaret? Si ergo in uno aliquo sacra-
mento & testamento nullum est opus bonum cōmunicabile alijs, nec in
Missa erit, cum ipsa non sit nisi testamentum & sacramentum. *Vnde à 11. 11.*
manifestus & impius error est, Missam pro peccatis, pro satisfactiōne
bus, pro defunctis, aut quibuscunq; necessitatibus suis aut aliorū of-
ferre seu applicare. Quod facillime intelligis esse euidentissime verum:
si firmiter teneas, Missam esse promissionem diuinam, quæ nulli pro-
delle, nulli applicari, nulli suffragari, nulli cōmunicari potest nisi ipsi
credenti soli, propria fide. Quis enim promissionem dei, quæ unius-
cuiuscq; singulatim exigit fidem, potest pro alio acceptare aut applica-
re? Nunquid possum alteri promissionem dei dare, etiam non creden-
ti; aut possum pro alio credere? aut possum facere uralius credat? At
hæc fieri oportet, si Missam possum alijs applicare & cōmunicare.
cum in Missa non sint nisi ista duo, promissio diuina, & fides huma-
na quæ accipiat quod illa promittit. Quod si verum est, potero etiam
pro alijs audire Euangelium & crederé, potero pro alio baptisari: po-
tero pro alio absolvi a peccatis: potero & pro alio cōmunicare de-

Misca

B A B Y L O N I C A.

Sed hinc
altaris sacramento: potero (ut & illorū sacramenta percensea) pro alio
ducere uxore, p alio fieri sacerdos, p alio cōfirmari, p alio inungi.

Extr. ab Abral.

Deniq; cur Abraham non pro omnibus Iudeis creditur? cur exi-
gitur a Iudeis singulis fides in eandem promissionem Abraham credi-
tam? Stet ergo insupibilis veritas, ubi promissio diuina est, ibi unus
quisq; pro se stat, sua fides exigitur, quisq; pro se rationem redder, &
suum onus portabit, sicut dicit Marci ult. Qui credet & baptisatus
fuerit, saluus erit: qui autem non crediderit, cōdemnabitur. Ita & Mis-
sa unusquisq; tantum sibi potest utilem facere fide propria, & pro
nullis prorsus cōmunicare. Sicut sacerdos nulli pro alio potest sacra-
mentum ministrare, sed cuilibet seorsum idem sacramentū ministrat.
Sunt enim sacerdotes consecrando & ministrando ministri nostri, per
quos non offerimus bonum opus, aut communicamus actiue, sed
per eos promissiones & signum accipimus, & communicamur pas-
sive: id quod in laicis hactenus permansit. Nam hi non dicuntur bo-
num facere, sed accipere. Sacerdotes vero abierunt in impietas suas,
facto sibi bono opere, quod communicent & offerant ex sacramento
& testamento dei, quo bonum accepimus oportuit.

Santidom's miss.

Cōmuni ab Abral.

Laij
Santidom
id quod in laicis hactenus permansit. Nam hi non dicuntur bo-
num facere, sed accipere. Sacerdotes vero abierunt in impietas suas,
facto sibi bono opere, quod communicent & offerant ex sacramento
& testamento dei, quo bonum accepimus oportuit.

Sed dices, Quid? Nunquid subuerteret omnium Ecclesiarum & Mo-
nasteriorum usum & sensum, quibus per tot secula inualuerunt, fun-
datis super Missam, anniversarijs, suffragijs, applicationibus, cōmu-
nicationibus &c. hoc est, pinguisimis redditibus? Respondeo, Hoc
est, quod de captiuitate Ecclesie scribere me compulit. Sic enim vene-
rabile testamentum dei, in imp̄lissimi quæstus seruiture coactum est
per impiorum hominum opiniones & traditiones: qui omiso ver-
bo dei, sui cordis nobis cogitationes proposuerunt, & orbem seduxe-
runt. Quid mihi de multitudine & magnitudine errantium? Fortior
cīm est veritas. Si potes Christū negare q̄ docet, Missam esse testamen-
tum & sacramentū, volo illos iustificare. Deinde, si potes dicere, eū sa-
cere opus bonū q̄ recipit beneficiū testamēti, aut utit in hoc ipsum sa-
cramēto promissiōis, volo mea libēs dammare. Cū aut neutrū possit:
qd dubitas, cōtempa turba ad malū eunte, dare gloriā deo, & verita-
tem eius confiteri? Elle scilicet hodie sacerdotes oēs in sententia peruer-
sa, quicq; Missam pro opere ducent, quo succurrant suis aut aliorū,
sive mortuorū, sive viuorū necessitatibus. Inaudita & stupenda dico.
Sed Missam si intuearis qd sit, vera me esse locutū cognosces. Hoc se-
cit illa nimia securitas, qua irā dei in nos grallantē nō intelleximus.

Obiectiō

R. cōfōsio

Hoc autem facile admitto, Orationes, quas ad Missam percipiē-
dam congregati corā deo effundimus, esse bona opera, seu beneficia.
d ii

Oratione

bā da kāmī
Xvidz mī

Panis. I.

DE CAPTIVITATE

quæ nobis mutuo impartimus, applicamus & cōmunicamus, & prō inuicem offerimus. Sicut Iacobus nos docet, Orare pro inuicē, ut saluemur. Et Paulus. i. Timot. ii. pr̄cipit fieri obsecrations, orationes, postulationes pro omnibus hominibus, pro regibus & omnibus q̄ in sublimitate sunt cōstituti. Hæc enim non sunt Missa, sed opera Mis-
se: si tamen opera vocari debent, orationes cordis & oris, quia fiunt ex fide in sacramento percepta vel aucta. Non enim Missa vel promis-
sio dei impletur orando, sed solum credendo. Credentes aut̄ oramus, & quodlibet opus bonum facimus. Sed quis sacerdotū hoc nomine sacrificat, ut solas orationes arbitretur se se offerre? Omnes imaginan-
tur se se offerre ipsum Christum deo patrī, tanquā hostiā sufficientissi-
mam, & bonum opus facere omnibus: quibus proponunt prodesse.
quia confidunt in opere operati, quod orationi non tribuunt. Sic pau-
latim errore crescente, id quod orationum est tribuerunt sacramentos
& quod recipere beneficium debent, id obtulerunt deo.

Quare acute discernendū est, inter testamentū, sacramentūq; ipsum,
& inter orationes quas simul oramus. Nec id solum, sed scire quoq; oportet, orationes prorsus nihil valere, nec oranti ipsi, nec ihs pro qui
bus orantur: nisi primum testamentū fide perceptum sit; ut fides oret,
quæ sola exauditur. sicut Iacobus. i. cap. docet. Adeo longe aliud est
et oratio quā Missa. Orationē possum extendere in quotquot volue-
ro: Missam nemo accipit, nisi qui per seipsum credit, & tantū quantum
redit: nec potest dari, siue deo siue hominibus: sed solus deus per mi-
nisterium sacerdotis dat eam hominibus: qui accipiunt eam fide sola,
sine ullis operibus aut meritis. Necq; enim nullus audeat tantum insani-
re, ut dicat bonū opus facere eum, qui pauper & indigens verit acce-
pturus de manu diuinitis beneficium. At Missa (ut dixi) beneficium est pro-
missionis diuinae, per manū sacerdotū oibus hominibus exhibitum.

Et ergo certū, Missam non esse opus alijs cōmunicabile, sed ob-
iectū (ut dicitur) fidei propriæ cuiusq; aleanda & roboranda. Nam &
alterum scandalum amouendum est, quod multo grandius est & spe-
ciosissimum. Id est, quod Missa creditur passim esse sacrificium quod
offeretur deo. In quam opinionem & verba Canonis sonare videtur,
ubi dicitur. Hæc dona, hæc munera, hæc sancta sacrificia. Et infra, hæc
oblationem. Item, clarissime postulatur, ut acceptum sit sacrificium,
sicut sacrificium Abel &c. Inde Christus hostia altaris dicitur. Acce-
dunt his dicta sanctorum patrum, tot exempla, tantusq; usus per or-
bem constanter obseruatus.

His omnibus, quia pertinacissime insederunt, oportet constantissi-

Oro
Missa

ab rib tim in
dnasfn

Missa no ē san-
cta oblatu

Dico

Missa

BABYLONICA.

De sydetro
rotē, at
nō video

me opponere verba & exemplū Christi. Nisi enim Missam obtinueri-
mus esse promissionem Christi, seu testamentū, ut verba clare sonant,
totum Euangeliū & uniuersum solatiū amittimus. Nihil cōtra hæc
verba permittamus praeualeare, etiam si angelus de cœlo aliud docue-
rit. Nihil enim de opere vel sacrificio in illis continetur. Deinde, & ex
emplum Christi pro nobis stat. Non enim Christus in cœna nouissi-
ma, cum institueret hoc sacramentū & conderet testamentū, ipsum ob-
tulit deo patri, aut ut opus bonum pro alijs perfecit, sed in mensa se-
dens singulis idem testamentū proposuit, & signū exhibuit. Iam Mis-
sa quanto vicinior & similior primæ omnium Missæ quam Christus
in cœna fecit, tanto Christianior. At Missa Christi fuit simplicissima
sine ulla vestium, gestuum, cantuum, aliarumq; ceremoniarum pome-
pa; ubi si necesse fuisset eam offerri ut sacrificium, non plene eam in-
stituisset.

Non quod calumniari debeat ullus uniuersam Ecclesiā, quæ mul-
tis alijs ritibus & ceremonijs Missam ornauit & ampliauit: sed hoc
volumus: ne quis ceremoniarū specie falsus, ac multitudine pompæ
impeditus, simplicitatē Missæ amittat. & reuera transubstantiationē
quandam colat, si amissa substantia simplici Missæ, in accidentibus
multiplicibus pompæ hæreat. Nam, quicquid ultra verbū & exem-
plum Christi accessit, accidens Missæ est: quorum quodlibet non alio
loco ducere debemus, quam quo loco, nunc ducimus. Monstrantias
(quas vocant) & pallia altaris, quibus ipsa hostia continetur. Quare
sicut repugnat testamentū distribui, seu promissionē accipere, & sa-
crificare sacrificiū: ita repugnat Missam esse sacrificiū. cum illam recipi
amus, hoc vero demus. Idem aut̄ simul recipi & offerri nō potest, nec
ab eodem simul dari & acceptari. Non magis certe, quā oratio & im-
petrata res queunt idem esse, nec idem sit orare & orata accipere.

Quid ergo dicemus ad Canonem & autoritates patrum? Primum
respondeo. Si nihil habetur quod dicatur, nullus est oia negare, quam
Missam concedere opus aut sacrificiū esse. ne verbū Christū negemus,
fidem simul cum Missa pessundantes. Tamen quo seruemus & eos,
dicemus ex Apostolo. i. Corinth. xi. nos doceri, solitos fuisse fideles
Christi ad Missam congregatos, secum afferre cibum & potum (quas
collectas vocabant) quæ distribuerentur in omnes egentes, exemplo
Apostolorum Act. iiiij. e quibus sumebatur id quod consecrabatur
panis & vini pro sacramento. Et quia hæc omnia sanctificabantur p-
verbū & orationem ritu hebraico, quo leuabantur sursum, ut in
Mose legimus, reliqua sunt verba & ritus levandi seu offerendi, abolito
d iii.

CHRISTUS opp
dus

Extr. Chri

De Ceremoniis

Comparando

Ad Canoni

Collecta un-

Arbore in Gallia
titus Cir merra

Lamis . I.

DE CAPTIVITATE

sam dudum usu conferendi & colligendi ea quae offerrentur seu leua-
tentur. Sic Ezechias Isa. xxxvij. iuber Esaiam leuare orationem in con-
spectu dei pro reliquijs. Et psal. Extollite manus vestras in sancta. Item
Ad te leuabo manus meas, i. Timot. ij. Leuantes puras manus in omni
loco. Quare vocabula sacrificij, seu oblationis, referri debent non ad
sacramentū & testamentū, sed ad collectas ipsas. Vnde & reliquū est,
vocabulum Collecte, pro precibus in Missa dictis.

Idem facit, quod sacerdos mox cōsecrato pane & calice, eleuat eum-
dem; quo non sese offerre aliquid deo ostendit, cum nullo verbo tūm
meminerit hostię seu oblationis. Sed est & id ipsum, vel reliquū ritus
hebraici, quo leuabantur que cum gratiarum actionibus accepta deo
referebantur. Vel admonitio nostri, quo prouocemur ad fidem testa-
menti huius; quod tum verbis Christi protulit & exhibuit, ut simul et
signum eiusdem ostendat, & oblatio panis proprie respondeat huic
demonstratio, Hoc est corpus meum, nosq; circumstantes ceu allo-
quatur hoc ipso signo. Sic oblatio calicis proprie respondeat huic de-
monstratio, Hic calix noui testamenti &c. Fidem enim in nobis sa-
cerdos excitare deber ipso eleandi ritu. Atq; utinam ut in oculis no-
stris manente eleuat signum seu sacramentum, ita simul auribus no-
stris aperta altaq; voce pronunciat & verbum seu testamētum; idq;
in qualibet popolorum lingua, quo fides exercitaretur efficacius. Cur
enim licet Græce & Latine & Hebraice Missam perficere, & non eti-
am Alemanice, aut alia quacunq; lingua? Id wolt das? oris?

Quocirca obseruent ideo sacerdotes hoc perditio periculosisimoq;
seculo qui sacrificant. Primum, ut verba Canonis maioris & minoris,
cum Collectis, que aperte nimis sacrificium sonant, dirigant non ad
sacramentū, sed vel ad ipsum panem & viuum consecrandum, vel ad
orationes suas. Panis enim & vinum antea offeruntur ad benedicen-
dum, ut per verbum & orationem sanctificantur. Postquam aut bene-
dictus & consecratus est, iam non offertur, sed accipitur dono a deo.
Et in hoc negotio cogiter, Euangelium esse præferendum omnibus Ca-
nonibus & Collectis, per homines compositis: Euangelium aut non
sinit Missam esse sacrificium, ut audisti.

Deinde, publice Missam perficiens, præstihat sibi non aliud facere,
quam se & alios communicare per Missam: simul tamen orationes su-
as pro se & alijs offerre cauens, ne Missam offerre præsumat. Qui ve-
ro priuatim Missas parat, præstihat sibi ut seipsum communicet. Pro-
fici de manu sacerdotis sumpta communio: exceptis orationibus, &

Respoſio

Cōfirmatio

demonito nostri
n̄ fir leuano

le uerbū em
tiā dñi

Ion̄ Sartidotis

la frithib

Missa priuata
Comunio

Missa

B A B Y L O N I C A.

quod sibi p̄si consecrat & ministrat, Re ipsa Missa & sacramenti oēs Qa da lich p̄f
sumus æquales, sacerdotes, & laici. Letissim mol mō ḡm n̄f lan min Luis et.

Quod si postulatur ab alijs, votivas (quas vocat) celebrare & cauca, ne mercedem accipiat pro Missa, aut præsumat ullam votiuam sacrifici care: sed siudeat, hoc totum ad orationes referre, quas siue pro defunctis, siue viuētibus offerat, sic cogitans. Ecce ibo & mihi soli sacramentum suscipiam, sed inter suscipiendum pro illo & illo orabo, sic ut orationis non Missæ mercedem pro victu & amictu recipiat. Nec moueat, quod totus orbis contrarium & sensum & usum habeat. Euange-
gium certissimum habes, quo fretus facile cōtemnes hominum sen-
sus & opiniones. Quod si me contemnes pergas Missam offerre, nō
solas orationes, scito me fuisse monitorem tibi fidelem, & in die iudi-
cij excusat, tuum portabis ipse peccatum. Dixi, qua tibi dicere te-
nebar frater fratri in falitem: tibi proderunt seruata, tibi nocebunt ne-
glecta. Quod si aliqui etiam damnati int̄ haec, illud Pauli respondeo,
Malī vero hominēs & seductores proficit in peius, errantes, & in
errorem mittentes.

Existo nunc facile illud qui quis intelligit, quod usitatissimum ex Gre-
go. dicitur, Missam mali sacerdotis non minoris ducendam, quā ho-
ni cuiuscunq;. Nec sancti Petri meliorem fuisse, quā ludæ traditoris, si
sacrificasset. Hoc enim opere suoas impietas quidam velant, &
hinc distinctionem operis operati, & operis operantis inueniunt: quo
secure ipsi male viuere, & alijs tamen benefacere præsumerent. Verum
Gregorius recte dicit, at illi peruerse eum intelligunt. Verissimum est
enim, per impios sacerdotes non minus de testamento & sacramento
dari & accipi, quā per quosq; sanctissimos. Quis enim dubitat, Euangeliū
prædicari per impios? At Missa, est pars Euangeliū, immo summa & compendium Euangeliū. Quid est enim uniuersum Euangeliū,
quam bonum nunciū remissionis peccatorū? At quicquid de remis-
sione peccatorū & misericordia dei latissime & copiosissime dici po-
test, breuiter est in verbo testamenti comprehensum. Vnde, & concio-
nes populares aliud esse non deberent, quam expositiones Missæ, id
est, declarationes promissionis diuinæ huius testamēti. hoc enim esset
fidem docere, & vere Ecclesiam ædificare. At qui nunc Missam expo-
nunt, in allegorijs humanarum ceremoniarum ludunt & illudunt.

Igitur, sicut impius potest baptisare, id est, verbum promissionis &
signum aquæ super baptisandum ferre: ita potest & promissionē huius
sacramenti proferre & ministrare velcentibus, & simul ipse velci: sicut
Iudas traditor in coena domini: manet tamen semp idē sacramentū &

Qa da lich p̄f

Votina mis

Excusat se
nest

Gregorij a
dñi

Missa

Eva W. alop

Quales ēc debūt?
populares

Baptizare qd

Panic I.

DE CAPTIVITATE

testamentum, quod in credente operatur suū opus, in incredulo operatur alienum opus. Verum, in offerendo longe aliud agitur. Cum enim non Missa, sed orationes offerantur deo; clarum est, oblationes impij sacerdotis nihil valere. Sed (ut idem Gregorius ait) cum is, qui indignus est ad deprecandum mittitur, animus iudicis ad deterius provocatur. Non ergo sunt confundenda illa duo, Missa, & oratio: sacramentum, & opus: testamentum, & sacrificium. Quia alterum venit a deo ad nos per ministerium sacerdotis, & exigit fidem. Alterum procedit a fide nostra ad deum per sacerdotem, & exigit exauditionem. Illud descendit, hoc ascendet: ideo, illud non requirit necessario dignū & pium ministrum, hoc vero requirit, quia deus peccatores non exaudit, qui nouit per malos benefacere, sed nullius mali acceptat opus. Sicut monstrauit in Cayn. & Proverb. xv. dicitur, Victimæ impiorum abominabiles domino. Roma. xiiiij. Omne quod non est ex fide, peccatum est.

missa sit parata
legas epilogus

Ut autem finem huius primæ partis faciamus, reliqua producturi, ubi impugnator insurrexit, Concludimus ex omnibus his, quibus nam Missa sit parata, & qui digne communicent. Nempe soli ij qui tristes, afflictas, turbatas, confusas & erroneas non habent conscientias. Nam, verbum diuinæ promissionis huius sacramenti cum exhibeat peccatorum remissionem, secure accedit quicunque peccatorum suorum vexatur sive morbi, sive titillatione. Est enim testamentum hoc Christi medicina unica, præceptorum, præsentium, & futurorum peccatorum: modo indubitate fide ei adhaeris, & credideris tibi gratuito dari id quod verba testamenti sonant. Quod si non credideris, nusquam, nunquam, nullis operibus, nullis studijs, conscientiam poteris pacare. Fides enim sola est pax conscientiae, infidelitas autem sola, turbatio conscientiae.

DE SACRAMENTO BAPTISMI.

Baptismi non deficit

Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui secundum diuitias misericordiae sue saltem hoc unicum sacramentum seruavit in Ecclesia sua illibatum & incontaminatum a cōstitutionibus hominum, liberumque fecit omnibus gentibus, omniumque hominum ordinibus: nec passus est & ipsum terribilis questus & impiissimis superstitionum portentis opprimit eo scilicet cōsilio usus, qd parvulos,

Baptismus II.

B A B Y L O N I C A:

qui avaritiae & superstitionis capaces non sunt, eo voluit initiari, & simplicissima fide verbi sui sanctificari: quibus & potissimum hodie prodest baptismus. Nam, si adultis & maioribus donandū esset hoc sacramentum, non videtur potuisse & eius perseverari virtus & gloria, præ tyrannide Avaritiae & Superstitionis, quæ omnia diuina nobis supplantauit. Inuenissemus sine dubio & hic prudentia carnis suas preparationes & dignitates: deinde reseruationes, restrictiones, & si qua sunt similia rhetia pecuniarū, quibus aqua non vīlor, quam nunc membranæ, venderetur.

Verum, ubi virtutem Baptismi in parvulis non potuit Satan extinguere, præualuit tamen ut in omnibus adultis extingueret: ut iam fere nemo sit qui se baptizatum recordetur, nedum glorietur. tot repertis alijs vijs remittendorū peccatorū, & in coelum veniendi. Præbuit his opinionibus occasionem verbū illud periculosem diu Hieronymi, siue male positum, siue male intellectū: quo penitentiā appellat secundam post naufragium tabulam, quasi baptismus non sit penitentia. Hinc enim, ubi in peccati lapsi fuerint, de prima tabula seu nave desperantes velut amissa, secunda tantum incipiunt nisi & fidere tabulæ, id est, penitentiae. Hinc nata sunt votorū, religionū, operū, satisfactionū, peregrinationū, indulgentiarū, sectarū infinita illa onera: & de ijs maria illa librorum, quætionum, opinionum, traditionū humana, quas totus mundus iam non capit: ut incomparabiliter peius habet Ecclesiam dei ea tyrannis, quam unquam habuit synagogam aut ullam nationem sub coelo.

At Pontificis erat hæc omnia tollere, & Christianos omni cura ad sinceritatē baptismi reuocare: quo intelligent, quid essent, & quid facere Christianos oporteat. Verum, unum est hodie eorum officiū, populos quam longissime abducere a baptismo, & diluvio tyrannidis suæ oēs immergere: & facere, ut populus Christi (sicut Propheta ait) obliuiscatur eius imperpetuum. O infelices omnes, qui hodie pontifi cum nomine censentur: qui non modo nihil sciunt nec faciunt quod Pontifices decer, sed ignorant quoq; quid scire & facere eos oporteat. Et implant illud Esaie. lvi. Speculatores eius cæci omnes, nescierunt uniuersi: ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam: omnes declinaverunt in viam suam, unusquisque ad avaritiam suam &c.

¶ Primū itaq; in Baptismo obseruanda est diuina promissio, quæ dicit. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Quæ promissio preferenda est incomparabiliter uniuersis pompis operū, votorum, religionum, & quicquid humanitus est introductū. Nam in hac pen-

Avaritia
Superstitionis

Gloria Baptis

Verbū Hieron

Omnia Chrītiani

E. S. ias

Quæ in Baptismo
scrūda

Baptismus. II.

DECAPTIVITATE

dei uniuersa salus nostra. Sic autem est obseruanda, ut fidem exerceamus in ea: prorsus non dubitantes, nos esse saluos postquam sumus baptisi. Nam nisi haec al sit aut paretur fides, nihil p deit baptismus; immo obest, nō solū tum cum suscipitur, sed toto post tempore vite. incredulitas enim eiusmodi, mendacem arguit promissionem diuinam, quod est summū omniū peccatorum. Hoc exercitium fidei si apprehenderimus, statim intelligemus, quam arduum sit credere promissiōnē huic diuinæ. Humana enim imbecillitas peccatorū suorum sibi conscientia, difficillime omnium credit se esse saluam aut saluandam: & tamen nisi id credat, saluari non poterit, quia non credit veritati diuinæ promittenti salutem.

Hæc erat prædicatio sedulo inculcanda populo, assidue recitanda ista promissio, semper repetendus baptismus, iugiter excitanda fidei uendac; fides. Sicut enim semel sup nos lata diuina hac promissione usq; ad mortem veritas eius perseverat; ita fides in eandem nunquam debet intermitte, sed usq; ad mortem ali&c; roborari, perpetua memoria promissionis eiusdē in baptismō nobis facte. Quare, dum a peccatis resurgimus siue poenitemus, non facimus aliud: quam quod ad baptismi virtutem & fidem unde cecideramus reuertimur; & ad promissionem tunc factam redimus: quam per peccatum deserueramus. Semper enim manet veritas promissionis semel factæ, nos extenta manu susceptura reuersos. Atq; id, ni fallor, volunt qui obfuscere dicunt, Baptismum esse primum & fundamentum omnium sacramentorum, sine quo nullum queat aliorum obtineri.

Proinde, non parum profuerit, si poenitēs primo omniū baptismi sui memoriam apprehendat, & promissionis diuinæ quam deleruit, cum fiducia recordatus, eandem constiteatur domino: gaudens se tantum adhuc in præsidio habere salutis: q baptismatus sit: detestansq; suā impiam ingratitudinē, quod a fide & veritate eiusdem defecerit. Mire enim cor eius confortabitur, & ad spem misericordiae animabitur, si consideret diuinam promissionem sibi factā, quam impossibile est mentiri, adhuc integrum & non mutatum, nec mutabilem ullis peccatis esse, sicut Paulus dicit. ij. Timot. ij. Si non credimus, ille fidelis permanet, seipsum negare non potest. Hæc inquam veritas dei, eum seruabit, ita ut si cetera omnia ruant, hæc tamen eum credita non derelinquet. Habet enim per hanc, quod insultanti aduersario opponat: habet, quod turbantibus peccatis conscientiam obiicit: habet, quod horrore mortis & iudicij respōdeat. Habet deniq; quod uniuersis tentationibus solatum sit. Nempe, hanc unam veritatem, dicens, Deus

Fidis

promissio assidue
populo inculcanda

ut quis respondeat
ad

amītis offīnū

NA

Veritas Dij

Promissio diuina

BABYLONICA

est verax in promissionibus suis, cuius signum in baptismō suscepit;

Si deus pro me, quis contra me?

Si enim filij Israel ad poenitentiam reuersuri, primo omnium exitū de Aegypto memorabantur: & hac memoria ad deū, qui eduxerat eos, reuertebantur: quæ memoria & hoc ipsum præsidium eis toties a Moysi inculcatur, & a David repetitur: quanto magis nos nostrum de Aegypto nostra exitum debemus memorare, & eius memoria redire ad eum qui nos eduxit per lauacrum regenerationis nouæ, cuius memoria in hoc ipsum nobis cōmendata est. Id quod omniū cōmodissime fieri in sacramento panis & vini potest. Sic enim olim tria ista sacramenta, poenitentia, baptismus, panis, simul eodem officio frequentabantur, & alterum alterum iuuabat. Ita legitur de quadam sancta virgine, quæ quoties tentabatur, non nisi Baptismo suo repugnabat, dicens breuissime, Christiana sum. Intellexit enim hostis statim virtutē baptismi & fidei, quæ in veritate dei pmittētis pēdebat, & fugit ab ea.

Ita vides, quam diues si homo Christianus siue baptisatus, qui enā volens non potest perdere salutem suā quantiscunq; peccatis, nisi nō sit credere. Nulla enim peccata eum possunt damnare, nisi sola incredulitas. Cætera omnia, si redeat, vel stet fides in promissionem diuinam baptisato factā, in momento absorbentur per candē fidē: immo veritatem dei. quia seipsum negare non potest, si tu eum confessus fueris, & prominenti fideliter adhæseris. Contritio aut, & peccatorū confessio, deinde & satisfactio, & omnia illa hominum excogitata studia, subito te deserent, & infeliciōrem reddent, si oblitus veritatis huius diuinæ in ipsis tete distenderis. Vanitas enim vanitatum & afflictio spiritus est, quicquid extra fidem veritatis dei laboratur.

Simil vides, quam periculosem, immo falsum sit opinari, poenitentiam esse secundam tabulam post naufragiū: & quam perniciose sit error, putare per peccatum excidisse vim baptismi, & nauem hanc esse illisam. Manet illa una solida, & invicta nauis, nec unquam dissolutur in ulla tabulas, in qua omnes vehuntur qui ad portum salutis vehuntur, quæ est veritas dei in sacramentis promittens. Hoc sane sit, ut multi e naue temere in mare prossiliat & pereat. hi sunt q; defertia promissionis fidei, in peccatiū sese precipitant. Verū, nauis ipsa permanet & transit integra cursu suo. quod si qua gratia ad nauē reuerti potest, nulla tabula, sed solida ipsa nauis feretur ad vitā. hic est, q; ad promissionē dei stabile & manente per fidē reuertit. Vnde Petrus. i. Pet. i. arguit eos q; peccat, quod obliuionē acceperint purgationis veterū delictorū suorum: sine dubio, ingratitudinem accepū baptismi, & impietatem

e ii

Poenitentia nō est sesta tabula post naufragiū. Nec Baptismus prima tabula in qua naufragiū fiat, nisi fides. dicitur. ait Lutherus

Petr.

metaphora

Fides

Cōtritio
Cōfessio
Satisfactio

Bellū extē

Tria Sacra mē

Duicit hōs Cīn

DE CAPTIVITATE

infidelitatis eorum taxans.

fidei fidem sacramentum
Quid ergo prodest de baptismō tam multa scribere, & hanc fidem promissionis non docere? Omnia sacramēta ad fidem alendam sunt instituta; & hanc ipsam adeo non tangunt, ut etiam afferant impij homines, non debere hominem esse certum de remissione peccatorum, seu gratia sacramentorū, qua impietate orbem totū dementant, & sacramētū baptismi, in quo stat prima gloria conscientiae nostrae, funditus extingunt, nedum captiuant: interim insanītes in miseras animas suis contritionibus, anxīis confessionibus, circumstantijs, satisfactionibus, operibus, & id genus infinitis nugis. Esto ergo prudens lector, immo contemptor Magistri sententiarū libro quarto, cū omnibus suis sribentibus: qui tantum de materia & forma sacramentorū sribunt; dum optime sribunt. id est, mortuam & occidentem literā sacramentorū tractant. Cæterum spiritū, vitam & usum, id est, promissionis diuinæ veritæ & nostrā fidem prorsus intactas relinquunt.

id est o fidei
Vide itaq; ne te fallant operum pompa, & humanarum traditōnum fallaciae; ut veritati diuinæ & fidei tuæ non facias iniuriam! A fi de sacramentorum tibi incipiendū est, sine ullis operibus, si saluus fieri voles. fidem aut̄ ipsa sequetur opera, tantū ne viles habeas fidem, quæ opus est omniū operū excellentissimū & arduissimū: quo solo, etiam si cæteris omnibus carere cogereris, seruaberis. Est enim opus dei, non hominis, sicut Paulus docet. Cætera nobiscū & per nos operatur: hoc unicum in nobis, & sine nobis operatur.

Ministrum Ambo
Ex his perspicue discernere possumus, quid inter ministrum hominem, & autore deum intersit in baptisando. Homo enim baptisat, & non baptisat. Baptisat, quia perficit opus, dum mergit baptandum. Non baptisat, quia non fungitur in eo opere sua autoritate, sed vice dei. Vnde oportet nos baptismum de manu hominis non aliter suscipere, quam si ipse Christus, immo ipse deus nos suis proprijs manibus baptisaret. Non enim hominis est, sed Christi & dei baptismus quem recipimus per manū hominis. Sicut quelibet alia creatura qua utimur per manum alterius, non est nisi dei. Causa ergo sic discernas baptismū, ut externum homini, internū deo tribuas; utruncq; soli deo tribue, nec conferantis personam aliam, quā instrumentū vicariū dei accipe, per quod dominus in celo sedens, te in aquam suis manibus proprijs mergit: & remissionem peccatorum promittit in terris, voce hominis tibi loquens per os ministri sui.

Bapti Hoc & ipsa verba tibi dicunt, cum dicit, Ego baptiso te in nomine patris & filii & spiritus sancti Amen. Non dicit, Ego baptiso te in no-

BABYLONICA.

mine meo. Quasi dicat: id quod facio, non mea autoritate, sed vice & nomine dei facio; ut non aliter habeas, quam si ipse dominus visibiliter fecisset. Autor & minister diversi sunt, sed opus idem utriuscq; immo solius autoris, per ministerium meum. Sic enim ego arbitror, in nomine, referre personam autoris, ut non tantū sit nomen domini praetendere & inuocare in opere, sed ipsum opus tanquam alienum, alterius nomine & vice implere. Quo tropo Matt. xxiiij. Christus dicit, Multi venient in nomine meo. Et Ro. i. Per quem accipimus gratiam & Apostolatum, ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius.

Hanc sententiam ego libenter sequor, quod sit plenissimum solatī & efficax fidei adiutorium, nosse se esse baptisatū, non ab homine, sed ab ipsa trinitate per hominem, qui nomine eius rem gerat apud nos. Quo cessat illa oculosa contentio, qua de forma baptismi (quam appellant ipsa verba) litigat. Græcis dicetibus, Baptisetur seruus Christi. Latinis, Ego baptiso. Item alij rigidissime nugantes, damnat̄ sic dici, Ego baptilo te in nomine Iesu Christi. quo ritu certum est Apostolos baptisasse, ut in Actis apostolicis legimus: voluntq; nullam aliam deinceps valere quam istam. Ego baptiso te in nomine patris & filii & spiritus sancti Amen. Sed frustra contendunt, nihil enim probant, sua somnia duntaxat afferunt. Quocunq; modo tradatur baptismus, modo non in nomine hominis, sed in nomine domini tradatur, vere resaluum facit. Immō non dubitem, si quis in nomine domini suscipiat: etiam si impius minister non det in nomine domini, vere baptisatum esse in nomine domini. Non enim in conferentis tantū, quantum in suscipientis fide vel usu, sita est virtus baptismi. Sicut legitur exemplum de quodam Mimo, per iocula baptisato. Iste & similes disputationum & questionum angustias, fecerunt nobis in qui fidei nihil, operibus aut̄ ritibusq; omnia tribuerunt. cum soli fidei omnia & nihil ritibus debeamus, quæ nos facit liberos spiritu ab oibus istis scrupulis & opinionibus.

Signum Bapti II. Alterum quod ad baptismū pertinet, est signum seu sacramētū quod est, ipsa mersio in aquam, unde & nomen habet. Nam baptiso græce, mergo latine, & baptisma mersio est. Dicū est enim, iuxta promissiones diuinæ dari & signa, quæ id figurent quod verba significant, seu ut recentiores dicunt, sacramētū efficaciter significat: quod quale sit videbimus. Arbitrati sunt quamplurimi, esse aliquam virtutem occultam spiritualē in verbo & aqua quæ operetur in anima recipientis gratiam dei. His alijs contradicentes statuunt, nihil esse vir-

e iii

In nomine

Cœchio de uerb
Baptismi

Error quoru

Vnde errant
xcrim

Opinio Matthei

Alijs opinio

Baptism

DE CAPTIVITATE

tutis in sacramentis, sed gratiam a solo deo dari, qui a se sit ex pacto sacramentis a se institutis. Omnes tamen in hoc concedunt, sacramenta esse efficacia signa gratiae, ad quod hoc unico mouentur argumento. Non videri alioqui qua ratione nouae legis sacramenta praestarent vestitis, si soli significarent. Et hinc impulsi sunt tantum tribuere sacramenta nouae legis, ut prodesse ea statueret, etiam ihs qui in peccatis mortaliibus sunt, nec requiri fidem aut gratiam, sed sufficere, non posuisse obtemperem, hoc est, actuale propositum denuo peccandi.

Hæc autem, quia sunt impia & infidelia, contra fidem & naturam sacramentorum pugnantia, diligenter sunt cauenda & fugienda. Error enim est, sacramenta nouae legis differre a sacramentis veteris legis. penes efficiaciam significationis, utraq; equaliter significabant. Idem enim deus, qui nos nunc per baptismum & panem saluat, saluauit Abel per sacrificium, Noe per arcum, Abraham per circumcisioem, & alios omnes per sua signa. Nihil itaq; differt sacramentum veteris & nouae legis quo ad significationem, modo veterem legem appelles quicq; in patriarchis & alijs patribus tempore legis operatus est deus. Nam ea signa que in patriarchis & patribus facta sunt, longe sunt discernenda a figuris legalibus quas Moyses in lege sua instituit: quales sunt ritus sacerdotiales in vestibus, vasis, cibis, domibus & similibus. ab his enim non modo longissime differunt nouae legis sacramenta, sed & ipsa signa, quæ pro tempore deus patribus dedit in lege viventibus. quale fuit Gedeonis in vellere, Manue in sacrificio, quale & Iaias obtulit Achas, IIa. viij. in ihs enim simul promittebatur aliquid, quo fides in deum exigebatur.

In hoc ergo differunt legales figuræ a signis nouis & vetustis: qd legales figuræ non habent annexum verbū promissionis quod fidem exigat, unde non sunt signa iustificationis, quia non sunt sacramenta fidei, quæ sola iustificant, sed sunt sacramenta operis tantum. Tota cīm eorum vis & natura erat, opus, nō fides. Qui enim ea faciebat, implebat ea, etiam sine fide operans. At nostra, & patrū signa seu sacramenta habent annexum verbū promissionis, quod fidem exigit, & nullo opere alio impleri potest: ideo sunt signa seu sacramenta iustificationis, quia sunt sacramenta iustificantis fidei & non operis. unde & tota eorū efficacia est ipsa fides, nō opatio. Qui enim eis credit, is implet ea, etiam si nihil operetur. Inde proverbiū illud, Non sacramentū, sed fides sacramenti iustifica. Sic circumcisio non iustificauit Abraham & semen eius, & tamen Apostolus eam appellat signaculum iustitiae fidei. Quia fides in promissionem, cui iuncta fuit circumcisio, iustifica-

BABYLONICA.

bat & implebat id quod circumcisio significabat. Fides enim fuit circumcisio præpuç cordis in spiritu, quam figurabat circumcisio carnis in litera. Sic sacrificiū Abel plane non eum iustificabat, sed fides, quæ deo totum obtulit, quā sacrificiū externū figurabat.

Ita baptisimus neminem iustificat, nec ulli prodest, sed fides in verbum promissionis, cui additur baptismus: haec enim iustificat, & implet id quod baptisimus significat. Fides enim est submersio veteris hominis, & emersio noui hominis. Quare fieri non potest, ut sacramenta noua differant ab antiquis sacramentis. Habent enim æque promissiones diuinæ, & eundē spiritū fidei: licet a figuris antiquis inco- parabiliter differant, propter verbū promissionis, quod est medium unicū & efficacissimū differentiæ. Sicut & nunc pompa vestium, locorum, ciborum & infinitarū ceremoniarum sine dubio figurat egredia in spiritu implenda: & tamen quia nullum adest eis verbum diuinæ promissionis, nulla ratione cum signis baptismi & panis conferri possunt: nec iustificant, aut procul ulla modo. cum impletio eorū sit ipse usus, seu opus eorū sine fide, dum enim fiunt, seu aguntur, implentur. Sicut & Apostolus Colos. ij. de eis dicit, quæ omnia ipso perirent usus, iuxta præcepta & doctrinas hominum &c. At sacramenta non impletur dum fiunt, sed dum creduntur.

Ita nec verum esse potest, sacramentis inesse vim efficacem iustificationis, seu esse ea signa efficacia gratiae. Hæc enim omnia dicuntur in iacturam fidei, ex ignorantia promissionis diuinæ. Nisi hoc modo efficiacia dixeris, quod si assit fides indubitate, certissime & efficacissime, gratiam conferant. At non hoc modo efficaciam illis tribui probat, quod ea prodesse dicunt omnibus etiam impijs & incredulis, modo non ponat obtem. quasi ipsa incredulitas, non sit omnium obstinatio & hostilissimus obex gratiae. adeo ex sacramento præceptū, ex fide opus facere moliti sunt. Nam, si dat gratiam mihi sacramentū quia suscipio: iam vere ex opere meo, non ex fide gratiam obtineo: nec promissionem in sacramento apprehendo, sed solum signum institutū & præceptū a deo. Ita clare vides, quā nihil sacramenta intellecta sunt sententiorijs Theologis: quod nec fidei, nec promissionis ullā in sacramentis rationē habuerint, tantū in signo & usu signi heretis, & ex fide in opus, ex verbo in signū nos rapies: qd re(ut dixi) sacramenta nō modo captiuauerūt, sed penitus, qd in eis fuit, aboleuerunt.

Nos ergo aperiētes oculū discamus, magis verbum quā signum, magis fidem quam opus, seu usum signi obseruare. Scientes, ubi cūq; est promissio diuina, ibi requiri fidem. Essecq; utrunc; tam necessariū,

Ite uetus

Promissio patrū falsa

Sacramenta vetera

Signa vetera

Figura legales

Ite novissima

Promissio nob̄ falsa

Sacramenta noua

Signa noua

Ceremonia noua

Fides in baptis

Sacramenta noua
Vetus

Figura
Ceremonia

Error apud
Luth.

Signationis
taologij
modi
Habentes

Baptismus DE CAPTIVITATE

ut neutrum sine utro efficax esse possit. Neq; enim credi potest, nisi al-
sit promissio: nec promissio stabilitur, nisi creditur. ambæ vero si mu-
tare sint, faciunt veram & certissimam efficaciam sacramentis. Quare
efficaciam sacramenti citra promissionem & fidem querere, est frusta-
niti, & damnationem inuenire. Sic Christus. Qui crediderit, & baptisa-
tus fuerit, saluus erit; qui non crediderit, condemnabitur. Quo mon-
strat, fidem in sacramento adeo necessariam, ut etiam sine sacramento
seruare possit, ideo noluit adiungere. Qui non crediderit, & non bapti-
tus fuerit.

Significat itaq; baptismus duo, mortem, & resurrectionem: hoc est,
plenariam consummacionem iustificationem. Quod enim minister pue-
rum immergit in aquam, mortem significat: quod aut rursus educit,
vitam significat. Ita Paulus Ro. vi. exponit. Consepti enim sumus
Christo per baptismum in mortem: ut quemadmodum Christus resur-
rexit ex mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vite ambu-
lemus. Hanc mortem & resurrectionem appellamus nouam creaturam, re-
generationem, & spiritualem nativitatem: quam non oportet allego-
rice tantum intelligi de morte peccati & vita gratiae, sicut multi solent,
sed de vera morte & resurrectione. Non enim baptismus significatio-
ficta est. Necq; peccatum moritur, necq; gratia surgit plene, donec corp-
us peccati, quod gerimus in hac vita, destruatur. ut ibidem Apostolus di-
cit. Nam donec in carne sumus, defuderis carnis mouent & mouent.
Quare dum incipiimus credere, simul incipiimus mori huic mundo,
& vivere deo in futura vita, ut fides vere sit mors & resurrectio, hoc
est, spiritualis ille baptismus, quo immarginatur & emergimus.

Quid ergo baptismus tribuitur ablutione a peccatis, vere quidem tri-
buitur: sed lentior & mollior est significatio, quam ut baptismum ex-
primat, qui potius mortis & resurrectionis symbolum est. Hac ratio-
ne motus, velle baptisandos penitus in aquam mergi, sicut sonat
vocabulum & signat mysterium: non quod necessariis arbitrer, sed quod
pulchrum fore, rei tam perfectæ & plenæ signum quoq; plenum &
perfectum dari, sicut & institutum est sine dubio a Christo. Peccator enim
non tam ablui quam mori debet: ut totus renouetur in aliam creaturam,
& ut morti ac resurrectioni Christi respondeat, cui per baptismum com-
moritur & corresurgit. Licet enim possis Christum dicere ablutum a
mortalitate, dum mortuus est & resurrexit: segnius tamen dixeris, quā
si in totum mutant & renouant dixeris: ita ardenter est, per baptismum
nos significari omnibus modis mori & resurgere in æternam vitam,
quam ablui a peccatis.

Promissio
Signum
Baptismus
missio

II.

B A B Y L O N I C A .

Hic iterum vides, Baptismi sacramentū etiam quo ad signum non
esse momentaneū aliquod negotium, sed perpetuum. Licet enim usus
eius subito transeat, ramen res ipsa significata durat usq; ad mortem,
immo resurrectionem in nouissimo die. Quamdiu enim viuimus,
semper id agimus quod baptismus significat, id est, morimur & re-
surgimus. Morimur in qua non tantū affectu & spiritualiter, quo pec-
catis & vanitatibus mundi renunciamus: sed reuera, vitam hanc cor-
poralem incipimus relinquere, & futuram vitam apprehendere, ut sit
realis (qd dicit) & corporalis quoq; transitus ex hoc mundo ad patrem.

Quare nobis caendum est ab his, qui baptisini vim eo redegerunt
tenuitatis & paruitatis, ut gratia in eo dicant quidem infundi, sed po-
stea per peccati effundi: tum alia via, ac iam quasi baptismo penitus
irrito facto ad coelum cundū. Non licet tu arbitrabere, sed intelliges eā
esse baptismi significationem, qua moriaris & viuas: ideo non posse
te siue per poenitentiam, siue per quancunq; aliam viam redire, nisi ad
vim baptismi, ac denuo illud facere quod baptisatus es ut faceres,
quodq; baptismus tuus significabat. Nunquā sit baptismus irritus,
donec desperans redire ad salutē nolueris. Aberrare quidē poteris ad
tempus a signo, sed non ideo irritum est signū, ita semel es baptisatus
sacramentaliter, sed semper baptisandus fide, semper moriendū, sem-
perq; viuendū. Baptismus totum corpus absorbuit, & rursus edidit:
ita res baptismi totam vitam tuam cum corpore & anima absorbere
debet, & reddere in nouissimo die, indutam stola claritatis & immor-
talitatis. Itaq; nuncq; sine baptismo tam signum quam re ipsa sumus, im-
mo semper sumus baptisandi magis ac magis, donec signum perfecte
impleamus in nouissimo die.

Intelligis ergo, quicquid in hac vita gerimus, quod ad mortifica-
tionem carnis & vivificationem spiritus valer, ad baptismū pertinet:
& quo brevius a vita absoluimur, eo citius baptismū nostrum imple-
amus: & quo atrociora patimur, eo felicius baptismus respōdeamus.
Ideoq; Ecclesiam tunc suisse felicissimam, quando martyres mortifi-
cabantur omni die, & estimabantur sicut oves occisionis. tunc enim
regnabat in Ecclesia virtus baptismi pleno imperio: quā hodie igno-
ramus etiam, præ multitudine operum & doctrinarum humanarum.
Quicquid enim viuimus, Baptismus esse debet, & signū seu sacramen-
tum baptismi implere. cū a ceteris omnibus liberati, uni tantū bapti-
smo sumus addicti, id est, morti & resurrectioni.

Hanc gloriam libertatis nostrae, & hanc scientiam baptismi esse ho-
die captiuam, cui possumus referre acceptum, quam uni tyrannidī

Mormon

Error apud
Luther

En Baptism fit in

En entia felins

Tyrannis
potissim
magis Tol
tabilis Lu
thirano
infama

Querela de baptismo opp̄to

DE CAPTIVITATE.

Romani pontificis: qui, ut pastorem primum decet, unus omniū maxime debuit esse prædicator & assertor huius libertatis & scientie, sicut Paul⁹. ii. Corint. iii. dicit. Sic nos existimet homo sicut ministros christi, & dispensatores mysteriorum seu sacramentorum dei. Ipse solū id agit, ut suis decretis & iuribus opprimat, & in potestatis suis tyrannide captiuos illaqueat. Obsecro, quo iure (ut non dicam, quam impie & damnabiliter hæc mysteria omittat docere) Papa super eos constituit leges: Quis dedit ei potestatem, capituandæ huius nostræ libertatis, per baptismum nobis donatae? Vnum (ut dixi) nobis in tota vita agendum est propositum: ut baptisemur, id est, mortificemur; & vivamus per fidem Christi, quam et unice doctrinam oportuit, maxime a summo pastore. At nunc, tacita fide, infinitis legibus operum & ceremoniarum extincta est Ecclesia, ablata virtus & scientia baptismi, impedita fides Christi.

Dico itaq; neq; Papa, neq; Episcopus, neq; ullus hominum habet ius unius syllabæ constituendæ super Christianum hominem, nisi id sit at eiusdem consensu. Quicquid alter sit, tyrranico spiritu sit. Ideo orationes, ieunia, donationes, & quæcunq; tandem Papa in uniuersis suis decretis tam multis quam iniquis statuit & exigit, prorsus nullo iure exigit & statuit: peccatoq; in libertatem Ecclesiæ roties quoties aliquid horum attentauerit. Hinc factū est, ut ecclesiastici hodierni, strēnui qui dem sint tuatores libertatis Ecclesiastice, id est, lapidum, lignorum, agrorum & censuum (sic enim hodie Ecclesiastica sunt idem quod spirituaria) sed eisdem fictis verbis veram Ecclesiæ libertatem non modo captiuent, sed pessundent penitus, etiam plus quam Turca, contra Apostolum qui dicit, Nolite fieri servi hominum. Hoc enim vere est hominum seruos fieri, statutis & tyrannicis eorum legibus subiecti.

Aduuant hanc impiam & perditam tyrrnidem discipuli Papæ, huc torquentes & deprauantes illud Christi. Qui vos audit, me audit. Magnis enim buccis hoc inflant verbum pro suis traditionibus: cum Christus hoc dixerit Apostolis cunctibus prædicare Euangeliū, & ad Euangelium tantum referri debeat: ipsi omisso Euangeliō, suis fabulis tantū id aptant. Dicit enim Iohann. x. Oves meæ vocem meam audiūt, alienorum autē vocem non audiunt. Ideo & relictum est Euangelium ut vocem Christi sonarent Pontifices, at ipsi suas voces sonant, audiri deniq; volunt. Apostolus quoq; dicit seū missum esse, non baptisare, sed euangelisare. Itaq; nemo est obnoxius Pontificis traditionib⁹: nec oportet eum audiri, nisi dum Euangeliū & Christum docet: nec aliud ipse docere debet quam fidem liberrimam. Cum autem Christus dicat,

a l'app

B A B Y L O N I C A.

Qui vos audit, me audit, cur non Papa quoq; audit alios? Non enim in soli Petro dicit, qui te audit. Deniq; ubi est vera fides, ibi & verbum dei esse necessarium est. Cur ergo Papa infidelis non audit quādoq; seruum suum fidelem habentem verbum fidei? Cæcitas, cæcitas in Pontificibus regnat.

Alij vero multo impudentiores, ex illo Matr. xvi. Papæ arrogat potestatem legum condendarū, Quod cuncti ligaueris &c. cum ibi Christus de peccatis ligandis & remittendis agat, non de Ecclesia tota captiuanda & le gibis oprimenda; ita omnia agit ista tyranis fictis suis verbis, tortis per vim ac deprauatis verbis dei. Hoc sane confiteor, Ecce tyrannidem istam maledictā ferendam Christianis, sicut quamlibet alia violentiam huius mundi, iuxta illud Christi, Qui te percusserit in maxillam dexteram, præbe ei & alteram: sed hoc queror, quod impii pontifices se id iure posse & facere iactant, & rei Christianæ sele consulere hac Babylone sua presumunt, hanc ipsam opinionem omnibus persuadentes. Si enim conscientia impietatis & tyrrnidis ea facerent: aut nos patremur vim eorum: inter ea securi numeraremus quæ ad mortificationem viam hanc, & implendum baptismum valent, integra nobis relata conscientia gloriandi de iniuria illata. At nunc volunt sic conscientiam libertatis nostræ illaqueari, ut credamus bene a se geri quæ gerunt: nec licere ea reprehendi, aut inique gesta querulari: & cum sint lupi, videri volunt pastores: cum sint Antichristi, volunt honorari pro Christo. Pro hac dumtaxat clamō Libertate, & conscientia: clamō fieri denter.

Christianis nihil ullo iure posse imponi legum, siue ab hominibus, siue ab angelis, nisi quantum volunt. Liberi enim sumus ab omnibus.

Quod si quæ imponuntur, sic ferenda sunt ut liberatis conscientia sua sit, quæ sciat & certo affirmet iniuriam sibi fieri: quam cum gloria ferat: ita cauens, ne iustificet tyrrannū, ut ne murmurat contra tyrrnidem. Quis enim est (ait Petrus) qui vobis noceat, si bonum emulati fueritis? Omnia cooperantur electis in bonum. Attamen quia hanc baptissimi gloriam, & libertatis Christianæ felicitatem pauci nouerunt, nec præ tyrrnidem Papæ nosse possunt, ipse me hic expedio, & conscientiam meam redimo, compellans Papam & omnes papistas. Quod nisi sua iura & traditiones sustulerint, & ecclesijs Christi libertatem suam restituerint, eamq; doceri fecerint, reos esse omniū animarum quæ hac misera captiuitate pereunt: esseq; Papatum aliud reuera nihil, quam regnum Babylonis, & veri Antichristi. Quis enim est homo peccati & filius perditionis, quam is, qui suis doctrinis ac statutis prophanis, peccata &

Baptismus

DE CAPTIVITATE

us Canonum
in Ecclesia
Sicut parvuli
bischof do parvuli
Pius Luth.
Exponit a Lamb.
ira quaatio

perditionē animarum auger in Ecclesia, sedens tamen in Ecclesia sicut deus. At hoc totū abunde impleuit tyrannīs papalis iam a multis saeculis: quæ fidem extinxit, sacramēta obscurauit, Euangeliū oppressit, suas aut̄ non modo impias & sacrilegas verum etiam barbaras & indoctissimas leges imperauit, & sine fine multiplicauit.

Vide ergo miseriam captiuitatis nostrā. Quāmodo sedeat sola ciuitas plena populo, & facta sit vidua domina gentium, princeps prouinciarum sub tributo. Non est qui consoletur eam, etiam amici eius spreuēunt eam &c. Tot ordines, tot ritus, tot sectæ, tot profissiones, tot studia, tot opera sunt quibus hodie Christiani occupantur, ut obliuiscantur baptismi sui: & nemo prae harum locustarum, erucarum, bruchorum multitudine meminisse possit, sese esse baptisatū, aut quid in baptismō consecutus sit. Decebat enim nos esse sicut parvuli baptisi, qui nullis studijs, nullisq; operibus occupati in omnia sunt liberi, solius gloria baptismi sui securi & salui. Sumus em̄ & ipsi parvuli in Christo assidue baptisati.

Opponetur forsitan ihs quæ dicta sunt, baptismus parvulorū, qui promissionem dei non capiant, nec fidem baptismi habere possunt: ideoq; aut non requiri fidem, aut parvulos frustra baptisari. Hic dieo quod omnes dicunt, fide aliena parvulis succurri, illorū qui offerunt eos. Sicut enim verbū dei potens est dum sonat etiam impij cor immutare, quod non minus est surdum & incapax quā ullus parvulus ita per orationem Ecclesiæ offerentis & credentis, cui omnia possibilia sunt, & parvulus fide infusa mutatur, mūdatur, & renouatur. Nec dubitarem etiam adulū impium, eadem Ecclesia orante & offerente, posse in quoquis sacramento mutari. sicut de paralytico Euangelico legimus aliena fide sanato. Atq; hac ratione libens admittere: sacramenta uocē legis esse efficacia ad dandā gratiam non modo non ponentibus, sed etiam obstinatissime ponentibus obicem. Quid enim fides Ecclesiæ & oratio fidei non tolleret, cum Paulum Apostolum Stephanus hac vi conuertisse credatur? At tunc sacramenta non sua, sed fidei virtute faciūt quod faciūt, sine qua nihil prorsus faciunt, ut dixi.

Quæritur etiam adhuc, an parvulus nondū natus, possit correcta ex vētero manu vel pede baptisari? Hic nihil temere iudico, meamq; ignorantiā confiteor. Nec scio, an id satis sit quod pro fundamento habēt. Esse videlicet animam in qualibet parte corporis totam. Non enim anima, sed corpus baptisatur aqua externe. Sed nec hoc iudicō quod dicunt, renasci eum non posse qui natus nondū sit: & si vehementer urgeat, ideo magisterio spiritus hact relinquo, interim sinens

II

B A B Y L O N I C A.

quenq; suo sensu abundare.

Vnum hie addo, quod utinam cunctis queam persuadere: id est, ut vota prorsus omnia tollerentur, aut vitarentur, siue sint religionum, siue peregrinationū, siue quorundam operū: maneremusq; in libertate religiosissima & operosissima baptismi. Dici non potest quantū derahat baptismō, & obscuret scientiā libertatis Christianæ, opinio illa votorū plus nimio celebris: ut inierim taceam insanda etiam, eaq; infinita pericula animarū, quæ voulendi ista libido, inconsultac; te meritas quotidie auger. O impijs pontifices & infeliciissimi pastores, qui secure steritis, & in veltris cupiditatibus lascivitis, & nihil compatumini super ista contritione Joseph pessima & pericolosissima.

Oportuit hic generali edicto vel tollere vota, illa præsertim perpetua: & ad baptismi vota cunctos reuocare: vel diligenter monere, ne quis temere voveret nullum inuitare, immo difficiles tardosq; esse ad vota permitenda. Abunde enim voulimus in baptismō, & plus quā possimus implere: sat negocij habituri, si huic uni intenderimus. At nūc mare & aridam circumuis: ut multos proselytas faciamus: mundum sacerdotibus, monachis, monialibus implemus, & hos omnes perpetuis votis incarcerated. Hic inuenias, qui disputerent & statuāt, opus intra votū esse præstantius opere extra & citra votum, & nelcio quantis præmij in celo alijs præferendū. Pharisei cœci & impij, qui ex operū magnitudine & multitudine, aliaeque qualitate metiuntur iustitiam & sanctitatem, quæ ex sola fide apud deum mensuratur, apud quē nulla est differentia operum, nisi quanta est fidei differentia.

Faciunt hac bucca sua homines impij, suis inuentionibus opinionem & opera hominū inflant, ad allicēdum stolidum vulgus, quod specie operū fere dicitur, in magnā iacturā fidei, obliuionē baptismi, iniuriam libertatis Christianæ. Cum enim votum sit lex quædam & exactio, necessario multiplicatis votis leges & opera multiplicantur: quibus multiplicatis, fides extinguitur, & baptismi libertas captiuat. His blandicjjs impij non contenti, addunt alij: Ingressum religionis esse velut nouum baptisma, quod deinceps licet votis renouari, quod ab integrō propositū religiōis renouatur. Ita votarij isti, sibi solis iustitiam, salutem, gloriam tribuerūt: Baptisatis prorsus nihil reliquerunt, quo possint eis conferri. Iam Ro. pontifex superstitionū omnium fons & autor, magnificis bullis & indultis has viuendi rationes confirmat, approbat, ornat: Baptismum vero nemo vel memoria dignatur. Atq; ihs pompis speciosis (ut dixi) sequacem populū Christi, in quascunq; volent symplegadas pellunt: ut ingratī suo baptismo, pre

*De Votis
qua voluntā, diri
debet, mī
nō dā vīlē
da*

VAE

*Tolleda vota
no puto vīa.*

Contra peregrinā.

*Impij uotoff u
rits*

*Ro. Pōntifex om
fītiōm fons*

f ij

Baptismus

DE CAPTIVITATE

sumant meliora suis operibus prestare, quā alij sua fide.

Lito in uotarios Quare & deus rursus cum peruersis peruersus, ulturus ingratitudinem & superbiam votariorum, facit, ut vota sua non seruent: aut cū singenti labore seruent, menteantq; in eis immersi, nunquā fidei & baptismi gratiam cognoscētes: & cum non sit creditus cum deo spiritus eorum, perseverent in hypocrisi sua in perpetuum, & tādem ludibrio sint toti mundo: semper iustitiam sectando, & ad iustitiam nunquam perueniendo. ut impleatur illud Isaiae. n. Et terra repleta est idolis.

Priuata uota Ego sane non prohibuerim, nec repugnauerim, si quis priuatim arbitrio suo quippiam velit vouere. ne vota penitus contēnam, aut dampnum: sed publicum vitę genus hinc statui & cōfirmari omnino disuaserim. Sufficit cuiq; vouendi priuata licentia periculo suo: publicā vero commendari rationem viuendi in votis vouendis, arbitror perniciōsum esse Ecclesiae, & animabus simplicibus. Primum, quod non parum Christianę vitę repugnet, in hoc, quod votum est lex quedam *Votū* ceremonialis & humana traditio seu p̄fūlūm liberata est. Christianus enim nulli legi addictus est, nisi diuinaz. Deinde, quod non habeat exemplum in scripturis, p̄cipue castitatis, obedientiæ, paupertatis perpetuę votum. Quod autem in scripturis exemplum non habet periculōsum est, nulli prorsus suadendum, multo minus pro vuulgari & publico viuendi genere statuendū: & si cuilibet audere suo periculo quod voluerit sit permittendū. Opera enim quedam spiritus in paucis operatur, quę in exemplum, aut viuendi modum nequaquam sunt vocanda.

Sedna monachorum Sed & vehementer metuo, ne votiuæ istæ viuendi rationes religiorum, sint de numero eorum de quibus Apostolus p̄dixit: Erunt docentes in hypocrisi mendacium, prohibentes nubere, & abstinere a cibis, quos deus creavit ad percipiendū cum gratiarum actione. Nec mihi quisquā obiecerit sanctū Bernardū, Franciscum, Dominicū, & similes religionum vel autores, vel auctores. Terribilis et mirabilis est deus in consilijs suis super filios hominū. Potuit Daniēlem, Ananiā. Azariam, Misael in Babylonici regni (id est, in media impietate) admistratione seruare sanctos, cur non potuisset & hos in periculo vīte genere sanctificare, aut singulari opere spiritus gubernare, quod tamē exemplum alijs fieri nolle. Et certum est, nullum illorū per vota sua & religionem fuisse saluatum, sed per fidem solā, in qua omnes salutes votorum.

Sedna ministrorum Sed abundet hic sensu quiscp; suo, ego quod cōpi prosequar: cū pro-

II

B A B Y L O N I C A.

libertate Ecclesiae & gloria baptismi nunc loquar, in medium consule re debo quod spiritu magistro intellexero. Quare consulo, Primum magnatibus Ecclesiae, ut omnia ista vota, seu vitas votariorum tollat, vel non probent & extollant. Aut si hoc nō fecerint, suadeo omnibus qui volunt securius salui fieri, ut libi ab omnibus votis p̄fūlū magnis & perpetuis temperent: maxime adolescentes & iuuenes. Hoc consulo primum ideo, quod hoc vitę genus, ut dixi, nullum habet in scripturis testimonium & exemplum, sed solis hominū Pontificum bullis, & vere bullis est inflatus. Deinde, quod proclie sit in hypocrisi: propter suam speciem & singularitatem, unde nascitur superbia & cōtempnus communis Christiñg vitæ. Atq; si nulla alia esset causa eadē vota tollendi, hęc una satis haberet ponderis. Quod per ipsa fidei, & baptismi detrahitur, & opera magnificantur quę sine pernicie magnificari non possunt. Nam inter multa milia vix est unus qui non magnis opera in religionibus suscipiat quā fidem, qua insania & sele mutuo p̄fūlū, tanquā strīctiores & laxiores, ut vocant.

Quare ego nulli suadeo, imo omnibus dissuadeo ingressum cuius cunctis religionis aut sacerdotij, nisi sit ea scientia p̄emunitus, ut intelligat, opera quantilibet sacra & ardua religiosorū & sacerdotiū in oculis dei prorū nihil distare ab operibus rustici in agro laborantis, aut mulieris in domo sua curantis: sed sola fide omnia apud deum mensurari. sicut Hiere. v. dicit, Domine oculi tui respiciunt fidem. Eccl. xxxii. In omni opere tuo crede ex fide anima tua. hęc enim est conseruatio manda: orum dei: immo frequentius contingere, ut gratias sit ancille, aut serui domesticum & vile opus, quā omnia ieiunia & opera religiosi & sacerdotis: ob fidei defectum. Cū ergo probabile sit vota hodie non nisi ad operū valere iactantia & p̄fūlūm: metuendum est, nusquā minus de fide & Ecclesia esse, quā in sacerdotibus, monachis, & episcopis: & eos ipsoſ esse reuera gentiles seu hypocritas, qui se Ecclesiā aut cor Ecclesię, itē spūales & rectores Ecclesię arbitrantur: cum sint nihil minus. Et hūc esse vere populū transmigrationis, in quibus captiuū sunt oia quę nobis in baptismo libera donata sunt: relicto p̄plo terrea pauge & modico, q; velut cōiugatis cōtingit, viles in oculis illorū.

¶ Ex his duos insignes errores Rō. pontificis cognosci: (apparet.) mus. Prior, quod dispensat in votis: facitq; id, quasi solus p̄r omni bus Christianis habeat autoritatem. Tanta est hominum impiorum temeritas & audacia. Si em votum dispensari potest, quilibet frater cum proximo, & ipse secū dispensare potest. Sin dispensare pximus nō potest, nullo iure Papaa p̄t. Vnde em habet hęc autoritatem. Ex clauibus:

Hic dībū intensū amīmū inflāmātī amore,
Spēm q; dedit dubia menti, salmitq; pudorem.

Consilī
mn

bala

fs ist wārbis ab

Losēr ir Cartini

Inq'sn Setta
Splibet

Seb plibet den ppas
in sonnenbergs mitten
aber wol ihm Lomer. Der
sonne. nicht ob fidei. Lom

lob, ausmād amē

Sacerdotis mon.

Episcopi
Hyporita

Duo Pappa
ns

In uotis nō diffi

Daphismp. II.

DE CAPTIVITATE

*Lauts oib, commis
Anabaptista*
At hæc omnibus cōmunes sunt, & super peccata duntaxat valēt Mat. xvij. Cum autem & ipsi fateantur, vota esse iuris diuinis: quid miseris fallit & perdit animas, dispensans in iure diuino quod est indispensabile? Blatterat quidem, tit. de vot. & voti redem. se posse mutare vota; sicut olim in lege, primogenitum alini mutabatur oue, quasi idem sit primogenitum alini, & votum, quod tam constanter ubique exigit reddi: aut si dominus in lege sua, ouem pro alino statuat mutari, mox etiam homo Papa, in lege non sua, sed eiusdem dei, eandem habeat potestatem. Non Papa hanc decretalem fecit, sed alius pro Papa mutatus: sic insigniter & delyrus & impius est.

*II.
Posterior, quod rursus decernit, matrimonium dirimi, si alter altero etiam inuito, monasterium ingrediaatur, nondum consummato matrimonio. Obscro, Quis satan hæc inspirat Papæ portentum? Deus præcipit homini seruare fidem, & veritatem iniucem custodire: deinde, de suo quicquid facere bonum. odit enim rapinam in holocaustum, ut per Isaiam dicit. At coniunx alter alteri per pactum fidem deberet: nec suus est, quam nullo iure potest dissoluere, & quicquid de se facit, de rapina facit, altero inuito. Aut quare non etiam hac regula, qui aere alieno premitur, religionem intrat & suscipitur, ut a debitis liberetur, ut fidem licet negare? Cæci, cæci. Quid est maius? fides a deo præcepta, an votum per hominem excogitatū & electū? Tu es pastor animalium Papæ & vos estis doctores sacræ Theologie, qui hæc docetis? Quia enim causa sic docetis? Nempe, quod votum meliore opere quam coniugium ornatis: sed non fidem, que sola magnificat omnia: sed opera magnificatis, que nihil sunt coram deo, aut omnia æqualia, quantum ad meritum attinet.*

Ego itaque non dubito in votis, si recta sunt, neque homines, neque angelos posse dispensare. Sed hic non sum plane mihi ipsi persuasus, an ea sub voto cadant omnia qua hodie vountur. Quale est illud mire ridiculum & stultum, quod parentes vount prolem, vel nondum natam vel infanciem ad religionem seu perpetuam castitatem: immo hoc sub nullo voto cadere certum est: & videtur esse quædam irrisio dei, dum ea vount quæ nullo modo in sua sunt potestate. Ad religiosos venio: quorum tria vota quo magis consydero eo minus intelligo: miror: unde inoleuerit ista votorum exactio, iam hoc multo minus intelligo, quo ætatis anno vount possint, ut legitima sint & valeant. In hoc placet cōuenisse omnes ante annos pubertatis, nihil valere vota pôrum, licet magnam partem puerorum hic fallant, ignoram tam hæc ætatis quam rei quam vount. Non enim obseruant in suscipien-

Pœnitentia III.

B A B Y L O N I C A.

dis annos pubertatis. Tum professois dira conscientia, quasi consenserit postea secuto captiuos tenent & deuotant; quasi votum quod irritum fuit, tandem ratum fiat succendentibus annis.

At mihi stultum videatur, ab alijs præstitui terminū legitimū voti alterius, qui sibi plis non possunt præstituere. Nec video cur valeat votum decimo octavo anno factū, & non decimo aut duodecimo. Nec satis facit, quod decimo octavo sentit homo carnem suā. Quid si vix viceclimo aut tricesimo sentiat, aut fortius tricesimo quam viceclimo sentiat? Aut cur non diffinitur æque terminus paupertatis & obedientie? Sed quod tempus dabis quo le auarū & superbū sentiat, cū etiā spiritualissimi hos affectus vix deprehendant? Ergo nunquam erit illum votum certum & legitimū, nisi donec spirituales facti fuerimus, & votis iā non equerimus. Vides itaque res istas incertas & pericolosissimas esse: unde saluare consilium foret, has sublimes viuēdi rationes votis liberas, solum spiritui relinquare, sicut olim fuerunt: & nequaquam genus quoddam perpetuę vitæ murandas esse. Verum, hæc interim de Bap̄tismo & libertate eius satis. Suo forte venient tempore vota latius tractanda: ut sunt reuera tractatu vehementer necessaria.

D E S A C R A M E N T O

P O E N I T E N T I A E.

TERTII O loco de Pœnitentię sacramento dicendum: in qua re editis iā tractatulis & disputationibus satis multos offendit, et quid in ea sentirem abunde exposui. Nunc breuiter repetenda, pro tyronne de reuelanda, que non parcus hic grassatur quā in sacramento panis. In his enim duobus sacramentis quia lucrum & questus locū habet, incredibili negotio insaniuit auaritia pastorum in oves Christi: quæcumq; ut iam de votis, vidimus, & baptismus: ut auaritię seruiretur, misere oculubuit in adulatis.

Primum, huius sacramenti & capitale malum est, quod sacramentū ipsum in totum aboleuerunt, ne vestigio quidem eius relisko. Nā cū & ipsum sicut & alia duo, constiterit verbo promissionis diuinæ, & fide nostra, utrumque subuerterunt. Nā verbum promissionis ubi Christus dicit Matt. xvi. Quodcumque ligaueris &c. &c. xviiij. Quodcumque ligaueris &c. &c. Ioan. ult. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. &c.

Aurea quibus provocatur fides pœnitentium pro remissione peccatorū imparanda, sive tyrannidi aptauerunt. Vniuersis enim suis librīs, studijs,

*Verba pmissio
de pœnitentia*

DE CAPTIVITATE

sermonibus non hoc egerunt ut docerent, quid Christianis in his verbis promissum esset, quid credere deberet, & quantum consolacionis haberent: sed quā late, longe, profunde ipsi potentia & violentia tyrannisarent, donec quidā & angelis in celo cōperint mandare: & iactēt incredibili & furcīsi. impietate, se coelestis & terreni imperij iura in his accepisse, arcis in celis etiam ligandi potestatem habere. Ita prorsus nihil de fide salutari populi, sed de potestate tyrranica Pontificū omnia blatterant. cum Christus nihil de potestate, sed de fide omnia agat.

Non enim imperia, non potestates, non dominationes, sed ministraria in Ecclesia sua constituit: sicut ex Apostolo didicimus, dicente, Sic nos existimet homo ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorū dei. Quare sicut ibi cum dicit, Quicunq; crediderit & baptisatus fuerit saluus erit, fidem prouocauit baptisandorū: ut hoc promissionis verbo homo certus sit, si baptizaretur credens salutem sese consecuturum: ubi nihil prorsus potestatis tributum, sed ministerium dunitaxat baptū santiū institutum sit: ita hic cum dicit, Quodcunq; ligaueris &c. fidem prouocat penitentis: ut hoc promissionis verbo certus sit, si solueretur credēs, vere solutum se esse in celo. Vbi plane nihil potestatis, sed ministerium tangitur absoluētis. Et satis mirum est, quid acciderit cæcis illis & arrogantibus hominibus: ut ex promissione baptismali, non etiam sibi tyrranidē arrogarint: aut si hinc non arrogant, cur in penitentiali promissione id præsumperint. cum utroq; sit par ministerium, similis promissio, eadem sacramenti ratio: ut non possis negare, si baptismus non soli Petro debetur, etiam claves impia tyrranni de soli Papæ arrogari.

Ita cum dicit, Accipite hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur, Hic est calix in sanguine meo &c. fidem prouocat manducantium: ut his verbis per fidem firmata conscientia certi sint, sese remissionem peccatorum accipere si manducauerint. Ne hic aliquid potestatis sonat, sed solum ministerium. Sed baptismi promissio utcunq; vel in sanctis permansit: panis & calicis promissio extincta, in auaritiae seruitutem migravit: & ex fide opus, ex testamento sacrificium natum est. Penitentiae promissio abiit in tyrranidem violentissimam, & imprium plus quā temporale statuendum.

Non hoc contenta Babylonis nostra, fidem quoq; adeo extinxit, ut impudenti fronte eam negarerit necessariam esse in sacramento isto: immo Antichristica impietate definiret haeresim esse, si fidem necessariam quis assereret.

Quid amplius potuit tyrranis ista facere, & non fecit: Vere super

BABYLONICA.

flumina Babylonis sedemus & flemus, dum recordamur tui Zion, In salicibus in medio eius suspendimus organa nostra. Maledicat dominus steriles istas salices fluminum istorum, Amen.

Obliteratis iacq; ac subuersis promissione, & fide, videamus quid substituerint in locum earum.

TRES PARTES DEDERVNT

POENITENTIAE,

Contritionem, Confessionem, Satisfactionem: sed sic, ut in singulis si quid boni inesset tollerent, & in eisdem quoque suam libidinem & tyrranidem constituerent.

PRINCIPIO, Contritionem sic docuerunt, ut eam si de promissionis priorem facerent, & longe viliorem: ut quæ non esset fidei opus, sed meritum: immo non memorantur eam. Sic enim operibus inhaeserunt & exemplis scripturarum, in quibus leguntur multi veniam consecuti, propter cordis contritionem & humilitatem: sed non aduerterunt fidem, quæ contritionem & dolorem cordis opera est. sicut de Niniuitis Ionæ secundo scribitur, Et crediderunt vihi Niniuitæ in Domino, & prædicauerunt ieiunium. &c.

His audaciores & peiores, finixerunt quandam Attritionem, quæ virtute clavium (quam ignorant) fieret contritio. Eam donant impiis & incredulis, ut sic uniuersa contritio aboleretur.

Oiram dei insulstantibilem, hæcce in Ecclesia Christi doceri. Sic securi, & fide & opere eius abolito, in doctrinis & opinionibus hominum incedimus, immo perimus. Magna res est cor contritum, nec nisi ardentis in promissionem & cōmissionem diuinam fidei: quæ veritatem dei immobilem intuita tremefacit, & exterret, & sic conterit cōscientiam: rursus exaltat & solatur, seruatq; contritam; ut veritas comminationis sit causa contritionis, veritas promissionis sit solatij, si eredatur: & hac fide homo mercatur peccatorum remissionem. Proinde fides ante omnia docenda & prouocanda est. Fide autem obtenta, cōtritio & consolatio ineuitabili sequula sua sponte venient.

Quare, & si non nihil docent, qui ex peccatorum suorum (ut vocant) collectu & conspectu contritionem parandam docent, periculose tam & peruerse docent: dum non ante principia & causas docent cōtritionis, nempe diuinae comminationis & promissionis veritatem immobilem, ad fidem prouocandam. ut intelligant, multo maiori negotio sibi veritatem diuinam esse spectandam, unde humilientur & exalentur, quæ peccatorum suorum turbam: quæ si citra veritatem dei spectent

De Lamentatione & tuis

DE CAPTIVITATE

Error.

Dpa bona p̄f̄ta
a h̄w
ua fatis ad p̄f̄tto

Cantio

Lonus Psalms

Confessio

Confessio māda
tu a Chro

Occulta p̄f̄sio
planet

potius refricabunt & augebunt peccati desyderium, quā contritionē parent. Taceo hic insuperabile calios laboris qđ nobis imposuerunt: scilicet, ut omnium peccatorum formemus cōtritionem. cum hoc sit impossibile, & minorem partem peccatorum scire possumus: deniq; & bona opera inueniantur esse peccata, iuxta illud psal. cxliij. Non int̄res in iudicium cūm scrūto tuo. quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Satis enim est, si ea doleamus peccata quae præsente conscientia mordent, & facili prospectu mémoriae cognoscuntur. Nā qui sic affectus est, absq; dubio paratus est de omnibus dolere & time re: dolebitq; ac timebit, ubi in futurum reuelata fuerint,

Cause ergo in contritionem tuā confidas, aut dolori tuo tribuas remissionem peccatorum. Non respicit te proprie hoc deus, sed propter fidem, qua misis & promissis eius credidisti, quae opera tua est dolorem eiusmodi: ac per hoc non diligentiae peccatorum collectrici. sed veritati dei & fidei nostrae debetur quicquid boni in pœnitentia fuerit. Cetera omnia sunt opera & fructus, quae sua lponie sequuntur: & bonū hominem non faciunt, sed a bono iam per fidem veritatis dei facta sunt. Sic fumus ascendit in ira eius: quia iratus montes cōturbat & succedit. ut psal. xvij. dicitur. Prior est terror comminationis: qui succedit impios, hanc fides acceptans fumat contritionis nebulam. &c.

Contrito tamen minus tyrannidi & quæstui, sed in totum impietati & doctrinis pestilentibus patuit. Confessio vero & satis actio egregie officinæ facte sunt lucri & potentiae. De confessione prius. Non est dubium, confessionem peccatorū esse necessariam, & diuinitus mādam Matt. ixj. Baptisabantur a Iohanne in Iordan, confitentes peccata sua. i. Iohan. i. Si confessi fuerimus peccata nostra, fidelis est & iustus qui remittat nobis peccata nostra. Si dixerimus quia nō peccauimus, mendacem eum facimus, & verbum eius in nobis non est. Si enim sanctis non licet negare peccatum suum, quanto minus publicis aut magnis peccatis obnoxios oportet confiteri. Sed omnium efficacissime Matt. xvij. instituta confessio probatur, ubi Christus docet fratrem peccatum corripiendum, prodendum, accusandum, & si non audierit excōmunicandum. Tunc enim audierit quando agnoscet & confitebit peccatum suum, correptioni credens.

Occulta autem confessio quae modo celebratur, & si probari ex scriptura non possit, nā modo tamen placet; & utilis, immo necessaria est: nec vellere eam nō esse, immo gaudeo eam esse in Ecclesia Christi. cum sit ipsa afflictis conscientiis unicum remedium. Siquidē, detecta fratri nostro conscientia, & malo quod latebat familiariter reuelato, vix

pribus paribz

B A B Y L O N I C A.

Tyrannis in or
ta p̄f̄sio

būm solatij recipimus ex ore fratris a deo prolatum: quod fide suscipi entes, paratos nos facimus in misericordia dei per fratrem nobis lo quentis. Hoc solum detestor. Esse eam confessionem in tyrannidem et exactiōnem pontificum redactam. Nam & occulta sibi reseruant. De inde nominatis a se confessoribus reuelari mandant, ad vexandas scilicet hominum conscientias solum pontificantes, officijs veris pontificum proflus (quae sunt euangelisare, & pauperes curare) contemptis. Quin ea potissimum reseruant sibi impi tyraanni, que minoris sunt momenti: magna vero passim relinquunt vulgo sacerdotum. Qualia sunt ridicula illa & conficta in Bulla cœnæ domini. Immo, quo sit manifestior perueritatis impietas, ea quae contra cultum dei, fidem, & prima præcepta sunt nō modo nō reseruant, sed & docent & probant. quælia sunt discursus illi peregrinationi, cultus peruersi sanctorum, mendaces legendæ sanctorum, varia fiducia & exercitia operum & ceremoniarum: quibus omnibus fides dei extinguitur, & idolatria fouetur. si cut est dies hæc: ut pontifices hodie alios non habeamus: quæ quales olim Hieroboam in Dan & Bersabee cōstituit, vitulorum aureorum ministros: ut qui legem dei, fidem, & quicq; ad pascendas oves Christi pertinet ignorantes, sua tantū inuenta populis in timore & potesta te inculcant.

Violēta ferre
Cōma ins. reser
Eleganter hor
dūm

Ego & si violentiam istam reseruatorum ferendam esse suadeo, sicut & uniuersas omnium tyrannides ferre iubet Christus, & ihs exactoribus parendum esse docet: tamen ius reserandi eos habere nego, nec credo: quod nec uno apice aut iota possunt probare, ego autem cōtrarium probo. Primum, Si Christus Matt. xvij. de publicis peccatis dicit, nos esse lucratos animam fratris si correptus nos audierit: nec prodendum Ecclesiæ, nisi audire noluerit; & ita inter fratres peccatum emendi potest: quanto magis de occultis verum erit ipsum tolli, si fratri frater sponte confessus fuerit. ut non sit necesse, Ecclesiæ, id est, p̄f̄lato, aut sacerdoti (ut ipsi garrium, interpretantes) id ipsum prodere. In quæ sententiam & aliam habemus Christi autoritatē dicentis ibidē. Quod cūq; ligaueritis super terram, ligatum erit & in celis: & quod cūq; solueritis super terram solutum erit & in celis. Hoc enim omnibus et singulis Christianis dictum est ubi & iterum in idem dicit. Rursum dico vobis, Si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quæ cūq; petierint fieri illis a patre meo qui est in celis. At frater fratri occulta sua pandens, & veniam petens, certe cumfratre super terram consentit in veritate, quae Christus est. De quo adhuc clarius ibidē prædicta cōfirmans dicit. Amen amen dico vobis, ubi fuerint duo, aut tres g. ijij p̄buci

De Confessioē Sæta pænitentia part
DE CAPTIVITATE

Conclusio

Chrūs

Ratio

dymonitio ad cōf
et Pasto.

cōfā pastore

Ciruſtata
māres
filia Rm.

as fōrtes

nīra Ciruſtata
fratry. Ciruſtata

in nomine meo congregati, in medio eorum sum ego.

Proinde ego non dubito, eum esse a peccatis suis occultis absolutū quisquis siue sponse confesus, siue corruptus veniam petierit, & emē dauerit coram quouis priuatim fratre: quicquid contra hæc insanierit Pontificum violentia, quando Christus & manifesta dedit absoluere cuilibet suo fideli. Adde & ratiunculam. Si occultorū valeret reserua-
tio ulla, ut nisi eis remissis nō esset salus; maxime illa impeditient salu-
tem quæ supra memorauī, ipsa etiā bona opera & idolatriæ, quas a
pontificibus docemur hodie. Quod si hæc nō impediunt grauissima,
quanto minus & illa stultissime reseruant leuiora? Verum, ignorā-
tia & cæcitas pastorum operantur hæc portenta in Ecclesia. Quare ego
principes istos Babylonis, & episcopos Bethauen monerem, sibi tem-
perent a reseruandis casibus quibuscumq. Deinde, de occultis audien-
dæ confessionis facultatem permittant liberrimā omnibus fratibus
& sororibus: ut peccator cui voluerit suum peccatum reueleret; veniam
& solatium, id est, verbum Christi ex ore proximi petiturus. Nihil em̄
agunt his suis temeritatibus, quā ut conscientias infirmorum sine cau-
sa illaqueant, suam tyrannidem impiam stabiliani; & e peccatis ac per
ditione fratrum aurantium suam pascant. Sic enim sanguine animarū
contamniant manus suas, & filii deuorant a parentibus. & Ephraim
deuorant Iudam, & Syria Israelem toro ore, ut Isaías dicit.

His malis adiecerunt circumstantias, item matres, filias, sorores, affi-
nes, ramos, fructus peccatorum: excogitata scilicet per acutissimos &
ociosissimos homines: etiam in peccatis arbore quadam consanguini-
nitatis & affinitatis, tam secunda est impietas & inscītia. Abiit enim
ista cogitatio, cuiuscumq; nebulonis fuerit, in publicam legem, sicut &
multa alia. Sic enim super Ecclesiam Christi vigilant pastores: ut quic
quid vel somniauerint superstitionis, aut operis noui deuotarij illi sul-
tissimi, mox prodiut ornent etiam indulgentijs, & munitant bullis.
tantū abesi, ut inhibeant & populo dei synceram fidem, & libertatem
custodian. Quid enim libertati & tyrannidì Babylonij? At ego, quic
quid est circumstantiarum consuluerim penitus contemnere. Apud chri-
stianos una est circumstantia, quæ est, peccasse fratrem. Nulla enim per-
sona fraternitati christiane comparanda est: nec ali quid aliud facit ob-
seruatio locorum, temporum, dierum, personarū, & si qua est alia in-
flatura superstitionis, quā ut magnificet ea quæ nihil sunt, in iniuriam
eorum quæ omnia sunt: quasi quid grauius aut maius esse possit frater
nitas christiane gloria. Ita affigunt nos locis, diebus, & personis: ut
vilecat fraternali nominis opinio, & pro libertate captiuitatem seruia-

De Satisfac hoc Tertia pænitentia part.

B A B Y L O N I C A.

mus, nos quibus omnes dies, loci, personæ, & quicquid externū est,
æqualia sunt.

S A T I S F A C T I O N E M quā indigne tractant
abunde dixi in causis Indulgenciarum: qua egregie sunt abusi, ad per-
dendos Christianos in corpore & anima. Primum eam sic docuerūt,
ut populus veram satisfactionem non intelligeret unq: quæ est inno-
vatio vitæ. Deinde sic instant, & necessariam faciunt, ut fidei in Chri-
stum non relinquant locum, misericorde excarnificatis eo scrupulo con-
scientijs: alio currente ad Romam, alio huc, alio illuc, illo in Carthusi
am, illo in alium locum: alio virginis se flagellante, alio corpus suū vi-
gilis & ieiunijs occidente: omnibus uno furore dicentibus, Ecce hic
& hic est Christus, & regnum dñi quod intra nos est, cum obserua-
tione ventrum putantibus. Quæ monstra tibi debemus Romana sedes,
& tuis homicidis legibus & ritibus, quibus mundum totū eo perdi-
sti, ut arbitratur se posse deo per opera pro peccatis satisfacere; cui so-
la fide cordis contritū satisfiat: quam tu his tumultibus non solum tace-
ri facis, sed opprimis etiam, tantum ut habeat sanguisuga tua insatiable
lis quibus dicat, affer, affer, & peccata vendas.

Processerant ex his quidam ad eas desperationis machinas anima-
bus parandas: ut statuerent, omnia peccata denuo esse repetenda consi-
tenui pro quibus iniuncta satisfactione esset neglecta. Et quid nō audierēt
qui in hoc nati fuerint ut nihil nō decies captiuantur? Porro quā q
so pars ea est imbuia opinione, se esse in statu salutis & pro peccatis fa-
tisfacere, si preculas a sacerdote impositas vocetenus murmurauerit?
etiam si interim ne cogiter quidē vitę rationē emendare. Vno em̄ momē
to cōtritionis & confessionis mutatā esse vitā credunt, si pelle vero tan-
tum ut satisfaciant pro p̄teritis peccatis. Quō aliter sapient qui aliud
nō docentur? Nihil hic de mortificatione carnis cogitat: nihil valet exē-
plū Chri, q adulterā absoluens dixit. Vade & amplius noli peccare:
cruce. I. carnis mortificandę ei imponēs. Huic pueritati dedit occasio
nē non modicā, q̄ peccates absoluim̄ ante satisfactionē impletā: qua-
sit ut magis solliciti sint de implenda satisfactione quæ durat, q̄ de cōtri-
tionē quā transisse inter confitendum credit: cū eccl̄ia, absolutionē op-
reat esse sicut erat in primitiis. Ecclesia posteriorē, satisfactionē impleta
quō siebat, ut opere cessante postea magis in fide & nouitate vitę exer-
ceretur. Verū de ijs satis repetitū esto, quæ sup indulgentijs latius dixi:
arc: hæc in totū de tribus istis sacramētis interim reulisse satisfiat: quæ tā
multis & noxijs libris sententiarijs & iuridicis tractant & non tractant:
super de religijs q̄q; sacrī aliqd tentare, ne sine cā videar eas reieciſſe.

O Roma R.

Hariſts

Vnde error

Absolutio posse
esse dñi satisfactio

Epilogus

Confirmatio III.

DE CAPTIVITATE DE CONFIRMATIONE.

Mirum est, quid in mentem illis venerit, ut sacramentum Confirmationis facerent ex impositione manuum, qua legimus Christū parvulos tetigisse. Apostolos dedit spiritum sanctum, ordinasse presbyteros, & infirmos curasse. ut ad Timot. scribit Apostolus, Nemini manus cito imposueris. Cur non ex sacramento panis etiā Confirmationem fecerunt, quando scriptum est Act. ix. Et cum accepisset cibū confortatus est. Et psal. cīij. Et panis cor hominis confirmet, ut sic Confirmationis tria complectatur sacramenta, panem, ordinem, & ipsam confirmationem. Si autem sacramentum est quicquid Apostoli fecerūt, cur non magis prædicationem fecerunt sacramenta?

Non hæc dico, quod damnum sacramenta, sed quod ex scripturis ea probari negem. Atq; utinam esset in Ecclesia talis manuū impositionis, qualis erat Apostolorum tempore: siue eam confirmationem, siue curationem appellare vellemus. At nunc nihil eius relictum est, nisi quantum ipsi excogitauimus pro ornandis officijs Episcoporum; ne penitus sint sine opere in Ecclesia. Postquam enim sacramenta illa negotiosa una cum verbo alij inferioribus ut viliora rediquerūt (nempe, quod quicq; diuina instituit maiestas hominib; oporteat esse contemptū) iustum fuit, ut facile aliquod quod tam delicatis & magnis heroibus nō esset molestum inueniremus, & nequaquam ceu vile inferioribus committeremus. Nam quod humana statuit sapientia, oportet ut hominibus sit honoratum. Ita quales sunt sacerdotes, tales habeant ministerium & officium. Nā Episcopus non euangelisans, nec animas curans, qd est nisi idolum in mundo, habens nomen & figuram Episcopi? Nos autem pro hac vice sacramēta diuinitus instituta querimus; inter quæ ut Confirmationē numeremus nullam inuenimus causam. Ad sacramentum enim constitutionē ante omnia requiritur verbum diuine promissionis, quo fides exerceatur. At nihil legimus Christū uspiā de confirmatione promisisse; licet ipse multis imposuerit manus, &c. & M. ult. inter signa ponat. Manus ægris imponent, & bene habebunt. At hæc nemo sacramēto, sicut nec potest, aptauit. Quare satis est, pro ritu quodam Ecclesiastico, seu ceremonia sacramentali Confirmationē habere, similem ceteris cærimonijjs consecrandæ aquæ, aliarumq; rerum. Nam si omnis alia cæatura sanctificatur per verbum & orationem, cur non multo magis hominem liceat sanctificari eisdem, quæ tamen quia promissionem diuinā non habent, sacramenta fidei dici nō pñt. Neque enim salutē operant. At sacra seruant credentes promissio diuine.

Matrimonio V.

B A B Y L O N I C A.

DE MATRIMONIO.

Matrimonium non solū sine ulla scriptura pro sacramento censetur, verum eisdem traditionibus quibus sacramētu esse iactatur, meum ludibriū factū est, de quo aliquid videamus. Dixim⁹, in omni sacramento haberi verbum promissionis diuinæ, cui credi oporteat, ab eo qui signum suscipit; nec solum signum posse sacramentum esse. Nusquā autem legitur, aliquid gr̄e dei accepturum quisquis uxorē duxerit. Quin nec signum est diuinitus institutum in Matrimonio. Nec em̄ uspiā legitur a deo institutum ut aliquid significaret, licet omnia quæ visibiliter geruntur possint intelligi figuræ & allegoriæ rerū inuisibiliū. At figura aut allegoria non sunt sacramenta, ut nos de sacramenis loquimur.

Deinde, cū Matrimonium fuerit ab initio mundi, & apud infideles adhuc permaneat; nullæ subsunt rationes, ut sacramentum nouæ legis & solius Ecclesiæ possit dici. Non minus enim erant matrimonia patrum sancta quam nostra; nec minus vera infidelium quam fidelium: nec tamen in eis ponunt sacramentum. Ad hæc, sunt apud fideles q; impij coniuges, quibusvis gentibus peiores, cur hic sacramētum dici debet, & non apud gentiles? An de baptismo & Ecclesia sic nugabimur, ut, sicut quidā delyrant, Imperium temporale non esse nisi in Ecclesia; ita Matrimonium non esse sacramentum, nisi in Ecclesia dicimus? Puerilia sunt hæc & ridicula, per quæ nostram iustitiam & temeritatem infidelibus risui exponimus.

At dicent, Apostolus dicit Ephe. v. Erunt duo in carne una. Sacramētum hoc magnū est. Tune ergo tam euidenti Apostoli verbo cōtradic̄t. Respondeo, & hoc argumentum esse magnè oscitantia, & in diligētis inconsultæq; lectionis. Non enim habet uniuersa scriptura sancta hoc nomen, sacramentum, in ea significatione qua noster usus, sed in contraria. Vbiq; enim significat non signum rei sacræ, sed rem sacrā secretam & absconditā. Sic Paulus, iij. Corint. iiij. Sic nos existimet homo ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum dei. id est, sacra mentorum. Vbi enim nos habemus sacramētū, in grecō mysterium ponitur: quod aliquando transfert interpres, uliquando dimittit gr̄e, cam vocem. Vnde & hic in grecō dicitur. Erunt duo in carne una, mysterium hoc magnum est. Quæ res fuit occasio, ut sacramentum nouæ legis intelligeret lōge aliud facturi, si mysteriū legissent, ut in grecō est.

Sic, i. Timo. iij. Christum ipsum vocat sacramētū, dicens, Eemani feste magnum sacramētū est (id est, mysterium est) quod manifestum est in carne, iustificatum est in spiritu, app̄ruit angelis, prædicatū h

DE CAPTIVITATE

Quarit

Reipoder

natura matra

logoy

uramētū apd
Paulū

s. ad Gal.

omis Pauli
de explicatus

ind Sacramēti
n. Allegoria

epitacio eius
Loij

et gentibus, creditum est mundo, assumptū est in gloria. Cur non & hinc octauū nouæ legis hauserunt sacramētū, cū tam claram habent autoritatem Pauli? Aut si hic se continuerunt ubi oportuniſſime potuerunt copioſi esse in sacramentis inuenientiſ, cur illiſ ita luxuriant? Scilicet ignorantia tam rerum q̄ verborū eos ſefellit; qui in solo verborum fono, iñ oþn opinionibꝫ hñerunt. Cum etiā ſemel sacramētū pro ſigno accepifſent humano arbitrio, mox ſine omni iudicio & ſcrupulo ſignum ex eo fecerūt ubi cuncti in ſacris literis legerūt. Quales verborū ſignificationes & humanas cōſuetudines, & alias in literas ſacras inuixerunt; easq; in ſua ſomniā transformauerunt, qđlibet ex quolibet facientes. Sic ppetuo deliſiunt in verbis illis, opus bonum, opus malū, peccatū, gratia, iuſtitia, virtus, & fere quicq;d eſt capi taliū rerum & verborū, omnibꝫ em his utuntur ſuo arbitrio, ex hominī ſcriptis aſſumpto, in perničie & veritatis dei & ſalutis noſtræ.

Igitur ſacramentum, & mysterium apud Paulū eſt ipſa ſapiencia ſpiritus abſcondita in mysterio, ut i. Corint. ij. dicit, quæ eſt Christus: qui ob idipm etiā non cognoscitur principiibꝫ huius mundi. unde & cū cruciſixerunt, & adhuc manet eis ſtultiā, ſcandalū, lapis offenditionis, & ſignum cui conuadicitur. Horū myſteriorū diſpensatores vocat prædicatores: quia prædicant Christū virtutem & ſapienciam dei, ſed ita, ut niſi credas non comprehēdas. Ideo ſacramentū, myſteriū ſecretaqueſt, quæ verbis indicatur, ſed fide cordis capit. Tale eſt quod praesente loco dicitur, Erūt duo in carne una, ſacramentū hoc magnū eſt, quod illi de matrimonio diſtū putat: cū ipſe Paulus ea verba de Christo & Ecclesia inducerit, & ſeipm clare expoſuerit dicens, Ego autē diſco in Christo & Ecclesia. Ecce qđ concordant Paulus, & illi. Paulus ſacramentum magnū in Christo & Ecclesia ſe prædicare dicit: illi vero in masculo & femina prædicant. Si ſic licet in ſacris literis libidinari: quid mirum, ſi quodlibet in ea, vel centum ſacramenta liceat inuenire?

Christus itaq; & Ecclesia myſterium, id eſt, res ſecreta eſt & magna, quæ figurari quidē per matrimonium eueri reali quadā allegoria potuit & debuit; ſed matrimoniuſ non hinc ſacramentum dici debuit. Cœli ſunt figura Apostolorū, ut psal. xvij. diſcitur, & ſol Christi, aquæ populorum: ſed non ideo ſacramenta ſunt. Vbiq; em deest & institutio, & promiſſio diuina, quæ integrant ſacramentū. Vnde Paulus Ephe. v. verba illa de matrimonio Gen. ii. diſcta, vel proprio ſpiritu ad Christum arabit, vel generali ſuia, etiā ſpūiale matrimoniuſ Chriſti in eo traditum doceat, dicens. Sicut Christus fouet Eccleſiā: quia membra ſumus corporis eius, de carne eius & de ossibus eius: prop̄ hoc relinquent ho-

B A B Y L O N I C A.

mo parrem & matrē ſuam, & adh̄erebit uxori ſue, & erunt duo in carne una. ſacramentum hoc magnū eſt, ego dico in Christo & Ecclesia. Vides ut hunc totū textum de Christo velit a ſe diſtūter de induſtria lectorē moneret, ut ſacrū in Ch̄o & Ecclesia intelligat, nō in matrimonio.

Fateor quidē, & in veteri lege fuille ſacramentū poenitentiæ, iñ oþn ab initio mundi. Verū promiſſio noua poenitentiæ, & donatio clauium nouę legi propria eſt. Sicut enim pro circunciſione baptiſmū, ita pro ſacrificijs aut alijs signis poenitentiæ nunc claves habemus. Diximus enim ſuperius, Eundē deum pro diuersis temporibus diuersas pmiſſiones, diuersaſq; ſigna dedit pro remittendis peccatis, & ſaluandis hominibꝫ; eandē tamen gratiā omnes accepifſe. Sicut. ij. Corint. iiiij. dicit, Habentes eundē ſpiritum fidei, & nos credimus: propter quod & loquimur. Et i. Corint. x. Paſtres noſtri omnes manducauerunt eandē eſcam spiritualē, & eundē potum ſpiritualē biberunt. Biberunt autē de ſpirituali conſequente eos peira. Peira autē era Christus. Ita Heb. xi. Omnes hi defuncti ſunt non acceptis promiſſionibꝫ deo melius aliqd, pro nobis prouidenti; ne ſine nobis cōſummarentur. Christus enim heri & hodie & in ſæcula, ipſe caput Eccleſiæ ſue ab initio ad finē uſq; mundi. Diuerſa igitur ſigna, ſed eadem omnium fides. Siquidē ſine fi de imposſibile eſt placere deo, qua & Abel placuit. Heb. xi.

Sit ergo Matrimoniuſ figura Christi & Eccleſiæ, ſacramentū autē nō diuinitus institutū, ſed ab hominibus in Ecclesia inuentum. Ignorati tam rei, quā verbi abductis. Quæ cum fidei nihil obſit ferenda in charitate eſt, licut & multa alia humana ſtudia infirmitatis & ignoratiæ in Ecclesia tolerantur: donec fidei & diuinitis literis nō obſunt. Verū pro firmitate & ſynceritate fidei & ſcripturæ nunc agimus. Ne, ſi quid in ſacris literis & fidei noſtræ articulis cōtineri affirmauerimus, & poſteā conuicti nō contineri, ludibriuſ ſidei exponamus: & ignorantes rerū propriarū inuenti, ſcandalō ſlum aduersarijs & infirmis: iñ oþn ne ſcripturæ sanctæ autoritatē eleuemus. Longiſſime em̄ diſcernēda ſunt ea quæ diuinitus in ſacris literis tradita ſunt: ab iñ ſe quæ p̄ hoies in Ecclesia, quātlibet ſanctitate doctrinaq; p̄ polleat, ſunt inuēta.

¶ Hactenus de ipſo matrimonio. Quid autem dicemus de impijs legibus hominum, quibus hoc vitæ genus diuinitus institutum, eſt irretiū, ſursum ac deorū ſum iactatū? Deus bone, horror eſt intendere in temeritatē Romanensium tyrranorum, adeo pro libidine ſua diſrimentiū, rursum cogentium Matrimonia. Obſcro, an datū eſt eorū libidini hominum genus non niſi ad illudendum & quoquo modo abutendum, & pro pecunij funefiſis quodlibet ex eo faciendum?

Vixtra et non
differe ſancti

Quid matrimon
in Libido

Reth:

Tyranni in m
lne plam facit
in finis. Sed nō
erit illud.

Matrimoniu

DE CAPTIVITATE

Vagatur passim non paruae opinionis liber ex colluie omniū hū
manarū traditionum, ceu sentina quædam collectus & confusus, qui
Summa Angelica inscribitur: cum verius sit summa plus quā diabo
lica: in quo inter infinita portenta quibus confessores instrui putan-
tur, dum perniciōissime confunduntur, decē & octo matrimonij im-
pedimenta numerantur: quæ si æquo & libero fidei oculo inspexeris,
videbis esse de numero eorum de quibus Apostolus prædictus, Erunt
attendentes spiritibus dæmoniorum, in hypocriti loquentiū menda-
cium, prohibentium nubere. Quid est prohibere nuptias, si hoc nō est
prohibere tota impedimenta fingere & laqueos ponere ne coeant: aut
si coierint, dissoluere matrimonia? Quis dedit hominibus hanc potest
statem? Esto, fuerint sancti & pio zelo ducti, quid meā libertatem ve-
xit aliena sanctitas? Quid me captiuat alienus zelus? Sit sanctus & ze-
lotes, quisquis volet, & quantum liber, modo alteri non nocet, & li-
bertatem mihi non rapiat.

Verum gaudeo istis dedecoris legibus suam andē contigisse glo-
riam. Nempe earum beneficio hodie Romanenses facti sunt nundina-
tores. Quid enim vendunt? Vultas & vereira. Merx scilicet dignissi-
ma mercatoribus istis, præ avaritia & impieitate plus quam folidillimis,
& obscenissimis. Nihil enim est impeditorum hodie, quod inter-
cedente mammena non fiat legitimū. ut leges istae hominū non alia
causa videantur natae, nisi ut aliquando essent avaris hominibus rapa-
cibusq; Nimbrotis, rhetia pecuniarum, & laquei animarum: stareq;
in Ecclesia dei loco sancto abominatio ista, quæ venderet hominibus
publice utriusq; sexus pudenda, seu (ut scriptura vocat) ignominias &
turpitudines, quas tamen antea per vim legum suarū rapuissent. O di-
gna Pontificibus nostris negotiatio, quam pro Euangelij ministerio
quod præ avaritia & ambitione contemnunt, summo cum dedecore
& turpitudine in sensum reprobum dati exercent.

Sed quid dicam, aut faciam? Si singula persequar, inmodicus erit
sermo. Cōfusissima enim sunt omnia: ut nescias unde exordiaris, quo
procedas, & ubi consistas. Hoc scio, nullam rem publicam legibus se-
liciter administrari. Si enim prudens fuerit Magistratus, ductu naturæ
omnia felicius administrabit quā legibus. Si prudens non fuerit, legi-
bus nihil promouebit nisi malum, cum nesciat eis uti, nec eas pro tem-
pore moderare. Ideo in rebus publicis magis curādum est, ut boni &
prudentes viri præsint quā uel leges ferantur. Ipsi enim erunt optime le-
ges, omnē varietatem casuum viuaci equitate iudicaturi. Quod si ad-
dit eruditio diuine legis, cum prudentia naturali, plane superfluum &

BABYLONICA.

noxium est scriptas leges habere. Super omnia autem, Charitas nullis
prosuls legibus indigerat.

Dico tamen, & quod in me est facio: monens & rogans omnes sa-
cerdotes & fratres, si viderint aliquod impedimentū in quo Papa po-
test dispensare, & quod non est in scriptura expressum, ut prosuls ea
omnia matrimonia confirmant, quæ contra ecclesiasticas vel pontifi-
cias leges quoquo modo fuerint contracta. Arment autem se lege di-
uina dicente, Quod deus coniunxit homo non separet. Coniunctio
enim viri & mulieris est iuris diuini, quæ tenet, quocunq; modo con-
tra leges hominū contigerit: debentq; leges hominū ei cedere sine ul-
lo scrupulo. Si enim homo relinquat patrem & matrem, & adhæret uxori
sui: qnanto magis conculcat fruolas & iniquas leges hominū,
ut adhæreat uxori luze. Et Papa, vel Episcopus, vel Officialis si dissol-
uerit aliquod matrimonium contra legem humanā contractum, An-
tichristus est, & violator naturæ, & reus lesse maiestatis diuine. Quia
stat sententia, Quod deus coniunxit homo non separet.

Adde his, quod homo non habuit ius leges tales condendi: et chri-
stianis per Christum libertas donata est super omnes leges hominū.
maxime ubi lex diuina intercedit. Sicut dicit Marci. ij. Dominus est si-
lius hominis, etiam sabbati. Et non homo propter sabbatum, sed sab-
batum propter hominē factum est. Deinde, quod tales leges prædāna-
tae sunt per Paulū, ubi prohibentes nubere futuros esse prædicti. Qua-
re hic cedere debet rigor: ille impeditorum ex affinitate, spirituali
aut legali cognitione & consanguinitate, quantum permitunt literæ
sacré: in quibus tamē secundus gradus consanguinitatis prohibitus
est. ut scribitur Leuitici. xvij, ubi duodecim persone prohibetur, quæ
sunt, Mater, Nouerca, Soror naturalis, Soror legitima ex utroq; paren-
te, Neptis, Amita, Materterta, Nurus, Vxor fratri, Soror uxor, Priu-
gna, Vxor patrui. In quibus non nisi prim⁹ gradus affinitatis, & secundus
gradus consanguinitatis prohibetur: non tamen uniuersaliter, ut clarum
est intuenti. nam frattis aut sororis filiis vel neptis nō numeratur pro-
hibita: cum tamen sit in gradu secundo. Quare, si quando matrimonium
extra hos gradus contractum fuerit, cū nulli alijs legantur a deo
usquam prohibiti, nullo modo debet dissoluī propter leges hominū.
cum matrimonii ipsum diuinitus institutum sit incomparabiliter le-
gibus superlus: ita ut non ipsum propter leges, sed leges propter ipsum
debeat merito dirumpi.

Ita debent iste nugæ compaternitatum, cōmaternitatum, confrater-
nitatum, consororitatum, & confiliatum prorsus extingui cōtracto-

li iij.

Stulta ragione
spiritus

line rufus forte matrimonii denuntiavit in dictum. Sed non in matrimonio obliterari
nescit. Ne statimq; inserviat

Matrimonium DE CAPTIVITATE

matrimonio. Quis enī istam cognitionem spiritualē inuenit, nū superstitio humana? Si nō licet baptisanti aut levanti baptisatam aut leuatam ducere, cur licet Christiano Christianam ducere? An est major cognatio ista ex ceremonijs seu signo sacramenti contracta, quam quæ ex re ipsa sacramenti? An non Christianus est frater Christianæ sororis? An non baptisatus, baptisatæ spiritualis frater? Quid insanus? Quid si quis uxorem suā erudit Euangeliō & fidei Christi, factus hoc ipso vere pater eius in Christo, an non licet uxorem eius manere? An Paulo non licuit pueram ex Corinthijs ducere, quos omnes in Christo genuisse se iactat? Vide itaq; quā sit libertas Christiana per cæcitatē humanae superstitionis oppresa.

Iam mukto vanior est cognatio legalis: & tamen hanc etiam superius diuinū matrimonij extulerunt. Nec huic impedimento consense rim' quod vocant religionis disparilitatem: ut nec simpliciter, nec sub conditione conuertendi ad fidē licet ducere non baptisatā. Quis hoc prohibuit? Deus, an homo? Quis hominibus potestatē fecit prohibendis sic nubere? Spieirus scilicet mendacij in hypocrisi loquencies, ut Paulus dicit. De quibus illud dicere oportet. Narrauerunt mihi inl qui fabulatiōes, sed non ut lex tua. Duxit Paritus gentilis Monicam matrēs. Augustini Christianā, cur nō hodie licet idem? Idē rigor stultitiae, imo impietatis est, impedimentū criminis scilicet, ubi quis duxerit prius pollutā adulterio: aut machinatus fuerit in morte alterius cōiugis, quo eum superstite cōtrahere possit. Obscro, unde iste rigor hominū in homines, qualē nec deus unq; exegit? An ignorare se simulant, Batschaba uxorē Vriæ, utroq; crimine impleto, id est, præpollutā adulterio, & occiso viro, tamen ducitam a David sanctissimo viro? Si lex diuina hęc fecit, quid faciūt homines tyrāni in suos cōseruos?

Censetur & impedimentū quod vocant ligaminis, hoc est, si quis alteri sit alligatus per sponsalia. Hic concludunt: si posteriorē quis cognouerit, prioris cessare sponsalia. Quod plane non capio. Ego arbitror, cum esse iā non sui iuris qui uni sese addixerit: ac per hoc prohibente iure diuino debere priori non cognitae, etiā si posteriorē cognoverit, dare enim non potuit quod non habuit: sed fecellit eam, cōmisit q; verum adulteriū. Quod autē aliud illis vīsum est fecit, q; copulam carnis plus attenderit q; diuinū mandatum, quo priori fidem pollicitus debet semper seruare. Qui enim dare vult, de suo dare debet. Et deus prohibeat, ne quis fratrem suū circūueniat in ullo negotio qd servandū est ultra, & supra omnes omnīū hominū traditiones. Ira eredo, nō posse talem, salua conscientia, cum secunda cohabitare, & hoc

Sintra Impedimenta post ēthi matrimonium BABYLONICA.

Impedimentū esse omnino conuertendū. Si enī votū religionis facit alienum, cur non etiā fides data & accepta? cū haec sit præcepti & fructus spiritus. Gal. v. illud autē arbitrij humani. Et si licet uxori virū repetere, vero facto religionis non obstante; cur non licet sponsæ repetere sponsū suū, etiam secuta copula cum altera? Sed & superiorius dixim, nō licere vovere religionē ei qui fidē dedit puerę, sed est debitor ducendae, quia debitor est fidei seruanda: quam nulla traditiōe hominum licet deserere, quia præcepta est a deo. Multo magis hic ita fieri ut fidem priori serueret, cū posteriori nō nisi mendaci corde dare potuerit: ac p hoc nō dederit, sed sefellerit proximā suā contra deū. Quare erroris impedimentū hic locū habet; qui facit, ut posterioris nuptiæ ni-

Impedimentū ordinis quoq; merū est hominis cōmētū (hinc sunt: præfertim cū garriant eo dirimi etiā contractū: semper suas traditiones super dei mandata exaltantes. Ego quidē de sacerdotij ordine non iudico, qualis hodie est: sed video Paulū iubere, Episcopū unius uxoris virum esse; ideo nō posse dirimi matrimonii diaconi, sacerdotis, episcopi, seu cuiuscunq; ordinis. Quāc; hoc genus sacerdotum, & eos ordines non nouerit Paulus quos hodie habemus. Perent itaq; maledictę iste homin traditiones, quę nō nisi ad multiplicanda pericula, peccata, mala in Ecclesia introierūt. Est ergo inter sacerdotē & uxore verū & inseparabile matrimonii, mandatis diuinis probatū. Quid si impij hoies illud prohibeant, aut dirināt mera tyrānidē sua? Esto, sit illicitū apud homines, licitum tamē est apud deum: eius mandatū contra hominum pugnet manda: est preferendum.

A Eque cōmentum est, impedimentū illud publicē honestatis, quo dirimuntur cōtracta. Vrit me audax ista impietas tā prompta ad separandū quod deus cōiunxit; ut Antichristū in ea cognoscas, qui aduersatur oibus quæ Christus fecit & docuit. Quæ ergo est causa, ut sponsi premortui nullus cōsanguineus usq; ad quartū gradū possit ducere spoliam? Nō est hoc publicē honestatis iustitia, sed infictia. Cur nō in populo Israel optimis ac diuinis legibus instituto, erat ista publica honestatis iustitia? Sed etiā præcepto dei proximus cogebat uxorē proximi relictā ducere. An oportet populū libertatis chīriāe rigidiorib; legibus onerare, q; populū ieruitutis legalis? Erut finē faciam istonū sūgmentorū magis q; impedimentorū, Dico, mihi adhuc nullū apparet impedimentū qd contractū iure dirimat, nisi impotentia cognoscendæ cōiugis, ignorantia iam cōtracti, & votū castitatis. De voto in ita sum inceti uliq; hodie, ut ignore q; tge sit censendū valere. Sicut & supra dixi in baptisimi sacramento. Disce ergo i hoc uno matrimonio,

Matrimonium

DE CAPTIVITATE

Quā infeliciter & perditē omnia sīnt confusa, impedita, irretita, & peri culis subiecta per pestilentes, in doctas, impiasq; traditiones hominū, quācunq; in Ecclesia geruntur: ut nulla remēdij spes sit, nisi reuocato libertatis Euangeliō, secundū ipsum extintis semel omnibus omniū hominum legib; omnia iudicemus & regamus. Amen.

De impotentiā itaq; sexus dicendum, quo possit facilius consuli animabus periculo laborantibus. Hoc tamen prēmisso, quod ea que de impedimentis dixi, dicta volo post matrimonii contractum, ne ia libus ullum dirimatur. Cæterū de contrahēdo breuiter dixerim quod supra dixi. Quod si urgeat amor iuuenturis, & quāuis alia necessitas, propter quam dispensat Papa, dispense etiam quilibet frater cum fratre, aut ipse cum seipso: rapia per hoc consilium uxore de manu tyrannicarum legum, utcunq; poterit. Ut quid enim mea libertas tollitur, aliena superstitione & ignorantia? Aut si pro pecunia Papa dispense, cur non ipse pro mea salutis cōmoditatē mecum, aut cum fraitre dispensem? Statuit leges Papa, sibi statuat, mea salua libertate vel occulta surrepta. Videamus itaq; de impotentiā.

Quāero casum eiusmodi. Si mulier impotenti nupta viro, nec possit, nec velit forte tot testimonij & strepitibus quot iūra exigunt iudicialeliter impotentiam viri probare, velit tamen prolem habere, aut nō possit continere. Et ego consuluissem, ut diuortium a viro impetreret ad nubendum alteri, contenta quod ipsius & mariti conscientia & experientia, abunde testes sunt impotentiae illius. Vir autē nolit. Tum ego ultra consulam, ut cum consensu viri (cū iam non sit maritus, sed simplex & solitus cohabitor) misceatur alteri, vel fratri mariti: occulto tamē matrimonio; & proles imputetur putatiuo (ut dicunt) pati. An hæc mulier salua sit & in statu salutis? Respondeo ego, qd sic. Quidam error & ignorantia virilis impotentiae hic impedit matrimonium, & tyrannis legum non admittit diuortium: & mulier libera est per legem diuinam; nec cogi potest ad continentiam. Quare vir debet concedere eius iuri, & alteri permettere uxorem, quam speciemens habet.

Vlterius si vir nollet consentire, nec diuidi vellet. Anteq; permittē eam uiri, aut adulterari consulerem, ut cōtractō cum alio matrimonio aufugeret in locum ignotum & remotum. Quid enim aliud possit consuli laboranti assiduo libidinis periculo? Scio autem quosdā mouere, qd proles huius occulti matrimonij iniquus hæres sit putatiui patris. Sed si consensu mariti fiat, iniquus non erit. Si autem ignorantia, aut nolentia fiat, iudicet hinc Christiana & libera ratio, immo charitas, uter uiri maius damnum inferat. Vxor hæreditatem alienat: at maritū

in multa temere Luminis donat, & nimis rarae datur afflītū
uangelium sub mūculo, multis illat-

B A B Y L O N I C A.

Cōparatio
felicit uxorem, eamq; toto suo corpore totaq; vita fraudat: an nō magis peccet vir corpus & vitam uxori perdens, quā mulier res tantum temporales viri alienans? Patiatur ergo vel diuortium, aut ferat alios nos hæredes, qui sua culpa innocentem puellam felicit, & vita pariter ac corporis ulu toto fraudauit; insuper occasionem pene intolerabile adulteri dedit. Ponatur utruq; in æqua lance. Certe omni iure, fraus in fraudantem recidere debet, & damnū recompensare tenet qui dedidit. Quid enim differt talis maritus ab eo qui uxorem alicuius captiuam tenet cum marito? Nonne talis tyrannus uxorē & filios & maritum alere cogitur, aut liberos dimittere? Cur ergo & hic nō ita fiat? Ita ego arbitror virum debere cogi aut ad diuortium, aut ad alienum hæredem alendum. Sic charitas iudicabit, sine dubio. In quo casu uxoris hæredem non alio affectu alet impotens iam & nō maritus, quā si uxorem ægrotant, aut alio incōmodo affectam, totis & grauibus expensis foueret, sua enim, nō uxoris culpa eo incōmodo laborat uxor. Hæc pro mea virili, ad informandas conscientias scrupulosas retuliram, cupiens afflictis meis fratribus in ista captiuitate qualicunq; solatio succurrere.

Diuortium
De diuortio etiam versatur questio, an licitum sit. Ego quidē ita de testor diuortium, ut digamiam malim quā diuortiū: sed an liceat ipse non audeo definire. Christus ipse princeps pastorum, Matt. v. dicit. Si quis dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eā adulterari. Et qui dimissam duxerit, adulterat. Cōcedit ergo Christus diuortium in causa fornicationis duntaxat. Quare errare Papam necesse est quoties diuortium facit alij causis: nec satis se tutum arbitrari debet ullus qui pontificia illa temeritate verius quā potestate dispensationē obtinuerit. Sed hoc admiror magis, cur cœlibem esse cogant hominē qui diuortio separatus est a coniuge sua, nec aliam ducere permittant. Si enim Christus diuortium concedit in causa fornicationis, & neminem cōgit esse cœlibem: & Paulus magis velint nos nubere quā uiri: videtur omnino admittere, ut in locum repudiatae aliam ducat. Quæ res utinam plane discussa & certa esset, ut posset consuli infinitis periculis eorum qui sine calpa sua hodie cœlibes esse coguntur. Hoc est, quonū uxores vel mariti aufugiant, & coniugem relinquunt, decēnjo vel nū quā reuersuri. Vrget me & male habet hic calus quotidiani exemplis, siue id singulari nequitia satanæ, siue neglectu verbi dei contingit.

Ego sane qui solus contra omnes statuere in hacre nihil possum, vehementer optarem saltē illud. i. Corint. vii. huc aptari. Quod si infidelis discedit, discedat. Nō enim seruitū subiectus est frater aut soror

*Chrus
Papa*

*Uxoris
rela*

MIA Pauli

Ordo

DECAPTIVITATE

in eiusmodi. Hic Apostolus discedentem infidelem concedit dimitti, & fideli liberum facit alteram accipere: cur non idem valeat, si fidelis, hoc est, nomine fidelis re ipsa eque infidelis, coniugem deferat, presumtum nunquam reuerfurus. Ego sane nihil discriminis utriusque deprehendere possum. Credo autem, si Apostoli tempore discessor infidelis reuersus denuo, aut fidelis factus, aut fidi cohabitare pollicitus fuisset, admittus non fuisset: sed & ipsi alteram ducendi potestas facta fuisset. Tamen in ijs nihil definitio (ut dixi) quanquam nihil magis optem esse definitum. cum nihil magis me & multos mecum vexet hodie. Sola autoritate Papæ, aut Episcoporum hic diffiniri nihil volo: sed si duo eruditi & boni viri in nomine Christi consenserent, & in spiritu Christi pronunciarent, eorum ego iudicium præferrem etiam Concilij qualia nunc solent cogi, tantum numero & autoritate citra eruditio & sanctimoniam iactata. Suspendo ergo hic organum meū, donec conferat mecum alius melior.

DE ORDINE.

HO C sacramentum Ecclesia Christi ignorat, inuentumque est ab ecclesia Papæ. Non enim solum nullā habet promissionem gratiæ ullibi positam, sed ne verbo quidē eius meminit totum nouum testamentum. Ridiculum autē est, asserere pro sacramento dei quod a deo institutum nusquam potest monstrari. Non quod damnandum censem cum ritum per tanta saecula celebratum, sed quod in rebus sacris nolim humana commenta singi: nec licet astruere aliquod diuinitus ordinatum quod diuinitus ordinatum non est, ne ridiculi simus aduersario: condumque sit, ut certa & pura nobis sint omnia, clarisque scripturis firmata, qua pro articulis fidei iactamus: id quod in præsentū sacramento præstare ne tantillum quidem possumus.

Nec habet Ecclesia potestatem nouas promissiones gratiæ diuinæ statuere, sicut quidam gariunt: quod non minoris sit auctoritas quicquid ab Ecclesia quam quod à deo statuitur: cum regatur spiritu sancto. Ecclesia enim nascitur verbo promissionis per fidem, eodemque alitur & seruat: hoc est, ipsa per promissiones dei constituitur, non promissio dei per ipsam. Verbum dei enim supra Ecclesiā est incomparabiliter: in quo nihil statuere, ordinare, facere, sed tantum statui, ordinari, fieri habet tanquam creatura. Quis enim suum parentem gignit? Quis suum auctorem prior constituit? Hoc sane habet Ecclesia, quod potest discernere verbum dei à verbis hominum. sicut Augustinus confiterit.

VI.

BABYLONICA.

Evangeli credidisse, motum auctoritate Ecclestæ, quæ hoc esse Euangeliū prædicabat. Non quod ideo sit super Euangelium: alioquin esset & super deum cui creditur. quia Ecclesia hunc deum predicit: sed sicut alibi dicit Aug. Veritate ipsa sic capit anima, ut per eam de omnibus certissime iudicare possit, sed veritatē iudicare non possit: dicere autem cogatur infallibili certitudine, hanc esse veritatē. Eximi gratia, Mens in fallibili certitudine pronunciat. iij. & viij. esse decem, & tamē ratione reddere non potest: cur id verum sit, cū negare non possit verum esse: capta scilicet ipsa & iudice veritate, iudicata magis quam iudicante. Talis est & in Ecclesia sensus illustrante spiritu in iudicandis & approbadis doctrinis, quem demonstrare non potest, & tamen certissimum habet. Sicut enim apud philosophos de communib[us] conceptionibus nemō iudicat, sed omnes per eas iudi cantur: ita apud nos de sensu spiritus, qui iudicat omnes, & a nemine iudicatur. ut Apostolus ait.

Verum hæc alias. Sit itaque certum, Ecclesiam non posse promittere gratiam, quod solius dei est: quare nec instituere sacramentum. Quod si quam maxime posset, nō tamen statim sequeretur ordinem esse sacramentum. Quis enim scit quæ sit Ecclesia habens spiritum: cū in his soli & pauci Episcopi, aut docti adesse soleant? quos possibile est non esse de Ecclesia, & omnes errare, sicut saepius errauerunt Concilia: praesertim Constantiense, quod omnium imp̄iissime errauit. Id em̄ solum est fidelis probatum, q̄ ab uniuersali Ecclesia, non tantum Romana approbatur. Quare primo, Ordinem esse quandam ritum ecclesiasticum, quales multi alii quoque per Ecclesiasticos patres sunt introducti. ut consecratio vasorum, domorum, vestium, aquæ, salis, candelarum, herbariū, vini, & similiū, in quibus omnibus nemo ponit sacramentum esse: nec ultra in eis est promissio. Ita ungere manus viri, radi verticem, & id genalia fieri, non est sacramentum dari. cum nihil eis promittatur, sed tantum ad officia quadam, cœu vasa & instrumenta, parentur.

At dices. Quid ad Dionysium dices, qui sex enumerat sacramenta, inter quæ & Ordinem ponit in Ecclesiastica hierarchia? Respondeo. Scio hunc solū autorem haberi ex antiquis pro septenario sacramentorū, litteris matrimonio omisso senariū tantum dederit. Nihil em̄ pro�us in reliquo patribus de istis sacramentis legitimus. Nec sacramenti nomine cesserunt, quoties de ijs rebus locuti sunt. Recens em̄ est inuentio sacramentorū. Atque mihi (ut magis temerarius sim) in totū displiceret, tantum tribui, quisque fuerit, Dionysio illi. cū serme nihil in eo sit solidæ eruditiois. Nā ea quæ in celesti hierarchia de angelis cōminiscit, in quib[us] sicut datur curiosa & supersticioſa ingenia, qua rogo auctoritate,

fabor. ut Crispinus...
Vide Erac. ad. xxv. ad finem Amoretum.

Nota

Dubitas de
mylio

Ecclesia p[ro]pas

DE CAPTIVITATE

aut ratione probat. Nonne omnia sunt illius meditata, ac proprie-
tatis simillima, si libere legas & iudices. In Theologia vero mysti-
ca, quam sic inflant ignorantissimi quidam theologis, etiam pernicio-
sissimus est, plus Platonis quā Christianis: ita, ut nolle fidele
animum his libris operam dare vel minimā. Christum ibi adeo non
disces, ut si etiam scias amittas. Expertus loquitur, Paulum potius audi-
amus: ut Iesum christum, & hunc crucifixum discamus. Haec est enim
via, vita, & veritas: hec scala per quam venitur ad patrem. Sicut dicit,
Nemo venit ad patrem nisi per me.

Ita in Ecclesiastica hierarchia, quid facit, nisi quod ritus quosdā ec-
clesiasticos describit, ludens allegorij suis, quas non probat. Qua-
le apud nos fecit qui librum edidit qui Rationale diuinorum dicitur.
Ociosorum hominum sunt ista studia allegoriarum. An putas mihi
difficile esse, in qualibet re creata allegorij ludere. Nonne Bonaven-
tura artes liberales allegorice duxit ad Theologiam. Denique Gerson
Donatum minorē fecie mysticum theologum. Mihi non fuerit ope-
sum, meliorē hierarchiam scribere quā Dionysij sit. cū ille Papā, Car-
dinales, Archiepiscopos ignorari, & Episcopum fecerit supremum.
Et quis tam tenuis ingenij, qui allegorij non queat periclitari. Nol-
lem ego Theologum allegorij operam dare, donec consumatus, legi-
timo scripturæ simplicijs sensu fuerit. Alioquin, sicut Origeni conti-
git, non-citra periculum theologisabit.

Non ergo continuo sacramentū esse debet, quia Dionysius aliqd.
describit, alioqui cur non etiam sacramentū faciūt quam ibidē descri-
bit processionem quē usq; hodie perseuerat. Quin tot erunt illorum
sacramenta, quot aucti sunt in Ecclesia ritus & ceremoniae.

Huic tamen rā debili fundamento nixi, Caracteres effinxerunt, quos
huius suo sacramento tribuerunt: qui imprimenterunt ordinatis indeli-
biles. Vnde quæsito tales cogitationes? Quia autoritate, qua ratione sta-
biliuntur. Non quod nolimus eos esse liberos ad singendum, dicen-
dum, asserendum quicquid vel libuerit, sed nostra quoq; libertatem
asserimus: ne ius subi ipsi arrogant' ex cogitationibus suis articulos si-
dei faciendi, sicut haec tenus præsumperunt. Saris est, nos pro cōcordia
eorum ritibus & studijs attemperare, sed cogitanci necessarijs ad salu-
tem, quæ necessaria non sunt, nolumus. Dimittant ipsi tyranidis suę
exactionem, & nos exhibebimus liberum eorum sensui obsequium.
ut sic in pace mutua inuicē agam. Turpe enim & iniquum seruile, chri-
stianū hoīem q; liber est alij q; celestib, ac diuinis subiectū esse tradicio-

Post hoc appreendi extreμū roboris sui. Nēce, q; Chri. (nibus-

BABYLONICA.

flus in cœna dixit. Hoc facite in meam cōmemorationem. Ecce hic in-
quiunt, Christus eos ordinavit in sacerdotes. Hinc inter cetera & hoc
duxerunt solis sacerdotibus utrāq; speciem esse dandam. Denique qd
uis hinc suxerunt: ut qui liberum arbitrium sibi arrogant, e verbis
Christi ubilibet dictis quodlibet afferere. Sed est hoc verba dei interp-
tari? Responde quæso. Christus hic nihil promittit, sed tantū p̄cipit
sieri istud in sui memoriā. Cur non concludunt, & ibi esse ordinatos
sacerdotes, ubi imponens officii verbi & baptismatis dicit, Ite in or-
bem uniuersum, & p̄dicate Euangelium omni creaturæ: baptisan-
tes eos in nomine &c. cum sacerdotum sit propriū p̄dicare & bapti-
fare? Deinde, cum hodie sacerdotis vel primarium opus sit, & (ut di-
cunt) indispensabile, legere horas canonicas: cur non ibi ordinis sa-
cramentū cōceperūt: ubi Christus orare p̄cepit, ut alijs locis multis,
ita p̄cipue in horto, ne intrent in tentationē? Nisi hic elabantur, q
non sit p̄ceptum orare, sufficit enim legere horas canonicas, ut sic la-
cerdotale illud opus nusquam e scripturis probetur: ac per hoc illud
sacerdotium oratione non sit ex deo. sicut vere nō est.

Quis vero patrum antiquorū afferuit his verbis ordinatos esse sa-
cerdotes? Vnde ergo ista intelligentia noua? Seilicet, quod hac arte que-
situs est, ut seminarium discordiæ implacabilis haberetur, quo clerici
& laici plus discernerentur quā coram & terra, ad incredibilē baptis-
malis gratiæ iniuriam, & euangelicę cōmunionis confusione.

Siquidem hinc ceperit tyrannis ista dētestabilis clericorum in laicos,
qua fiducia corporalis unctio, quo manus eorum consecratur: de-
inde rasurae, & vestium, non modo ceteris laicis christianis qui spiri-
tu sancto uncti sunt: sese p̄ferunt, sed ferme ut canes indignos qui cū
eis in Ecclesia numerantur: habent. Hinc quiduis mandare, exigere,
minari, urgere, premere audent. Summa, sacramentū Ordinis pulcher
rima machina fuit, & est, ad stabilienda uniuersa portentia quæ hac-
nus facta sunt, & adhuc sunt in Ecclesia.

Qui si cogerentur admittere, nos omnes esse æqualiter sacerdotes,
quoiquot baptisati sumus: sicut reuera sumus: illisq; solū ministeriū
nostro tamen consensu cōmissum, scirent simul nullum eis esse super-
nos ius imperij, nisi quātum nos sponte nostra admitteremus. Sic em-
i. Pet. ii. dicitur, Vos estis genus electum, regale sacerdotium, & sacer-
tale regnum. Quare omnes sumus sacerdores, quoiquot Christiani su-
mus. Sacerdotes vero q; vocamus: ministri sunt ex nobis electi, qui
nostro nomine omnia faciant. Et sacerdotium aliud nihil est quā mi-
nisteriū. Sic. h. Corint. iij. Sic nos existimet hō sicut ministros Christi
in.

Ocs sumus sacerdos, quoiquot Christiani.
Doctor kuborn, Un. Claus kuffer.

Vnde ora
Sara. Su
rit

Obitrio

Alia

Discordia inter
4 & laicos ex
die orta



hunc est p̄f
ribus huij, et se-
cundum, ea collig-
it plus q; manda-
fuit t̄ sicut
Abi adi.

Ordo

DE CAPTIVITATE

& dispensatores mysteriorum dei.

Ex quibus sit, ut is qui non prædicat verbum, ad hoc ipsum per Ecclesiam vocatus, nequaquam sit sacerdos. Et sacramentum Ordinis aliud esse non possit, quā ritus quidam eligendi Concionatoris in Ecclesia. Sic enim per Malachiam. iij. definit sacerdotem, Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem ex ore eius requirent, quia angelus domini exercitum est. Certus ergo sis, qui non est angelus domini exercitum, aut ad aliud quā ad angelatum (ut sic dixerim) vocatur, sacerdos prouersus non sit. Sicut Osee. iiiij. dicit. Quia tu repulisti scientiā, repellam te & ego, ne sacerdotio fungaris mihi. Inde enim & pastores dicuntur: quod pascere, id est, docere debeant. Quare eos qui tantum ad horas legendas, & Missas offerendas ordinantur, esse quidem paupēticos, sed non Christianos sacerdotes. quia non modo non prædicant, sed nec vocantur ad prædicandum: immo hoc ipsum agitur, ut sit sacerdotium eiusmodi: alius quidem status ab officio prædicandi. Itaq; Horales & Missales sunt sacerdotes, id est idola quædā viua, non men sacerdotiū habentia. cum sint nihil minus, quales sacerdotes Hieroboā in Bethauen ordinavit de infima fece plebis, nō de gne Leuitico. Vide igitur quorūm migrarit gloria Ecclesiæ. Repleta est omnis terra sacerdotibus, Episcopis, Cardinalibus, & clero: quorū tamē (quācum ad officium spectat) nullus prædicat: nisi denuo alia vocatione ultra ordinem sacramentalem vocetur: sed abunde suo sacramento se satisfacere putat, si battalogiā legendarum precum emurmure, & missas celebret. Deinde, eas ipsas horas nunquā oret: aut si oret, pro se oret: atq; Missas suas (quæ summa est peruersitas) ceu sacrificium offerat. cum Milla sit usus sacramenti. ut perspicuum sit, Ordinē qui velet sacramentū hoc hominum genus in clericos ordinat, esse vere, mente, omninoq; figmentum ex hominibus natum: nihil de re Ecclesiastica, de sacerdotio, de ministerio verbi, de sacramentis, intelligentibus ut quale est sacramentum, tales & habeat sacerdotes. Quibus errorib; & cœcitatib; id accessit maioris captiuitatis, quo se latius a ceteris Christianis, tanquā prophanis, secernerent: scipios sicut Galli Cybelis sacerdotes calauerunt, & celibatu onerarunt simulatissimo.

Nec satis erat hypocrisi & operationi erroris huius digamiā prohibere: hoc est, ne quis duas uxores haberet simul, ut legie fieret (id enim digamiā significare scimus) sed digamiam interpretati sunt, si quis duas successive virgines duxisset, aut semel viduam. Imo sanctissima ista sanctitas huius sacrosacratissimi sacramenti tantum valet, ut nec sacerdotari possit qui virginem duxerit viuente eadē uxore; ac ut summū

VI.

B A B Y L O N I C A .

fastigii sanctitatis attingat, etiā is aretur a sacerdotio qui ignorans ei meræ infelicitatis casu corruptā virginem duxerit. At si sexcentas mētrices polluerit, aut matronas ac virgines quaslibet constuprabit, aut etiā Ganymedes multos aluerit, nihil impedimento fuerit vel Episcopum, vel Cardinalē, vel Papam eū fieri. Tum illud Apostoli, unius uxoris vir, sic interpretari oportet: id est, unius Ecclesiæ prælatus. Inde incorruptibilita manarū beneficia: nisi Papa disp̄sator magnificus, unij. xx. c. uxores, id est, Ecclesiæ copulare voluerit, pecunia vel gratia corrupt⁹, hoc est, pia charitate mor⁹, & eccliarū sollicitudine distric⁹.

O dignos Pontifices hoc venerabili sacramento Ordinis. O principes non catholicarū Ecclesiārū, sed saranicarū sy nagogarū, imo tenebrarū. Liber hic cum Isaia clamare, O viri illusores, qui dominamini super populu meum qui est in Hierusalem. Et illud Amos. vi. Ve vobis qui opulenti estis in Zion, & confiditis in monte Samarie, optimates, capita populorū, ingredientes pompatice domum Israel &c. O ignominia Ecclesiæ dei, quam ex his monstris sacerdotalib; contrahit. Vbi sunt Episcopi aut sacerdotes qui sciant Euangeliū, nedum prædictent? Ut quid ergo sele iactant sacerdotes? Cur alij Christianis tanq; sanctiores & meliores & potentiores haberi volunt? Horas legere, ad quos idiotas nō pertinet, seu (ut Apostolus ait) ad lingua loquentes? Horas autē orare ad monachos, eremitas, priuatosc; homines, & eos laicos pertinet. Sacerdotis munus est prædicare: quod nisi fecerit, sic est sacerdos sicut homo pietus est homo. An Episcopum faciat ordinare tales sacerdotes, battalogos? An Ecclesiæ & campanas consecrare? An pueros confirmare? Non. Hęc vel diaconus, vel laicus quilibet saceret. Ministerium verbi facit sacerdotem & Episcopum.

Fugite ergo, meo consilio, quicunq; tuto viuere vultis: fugite iuuenes, nec istis sacris initiamini, nisi aut Euangelisare volueritis, aut nisi vos hoc ordinis sacramento nihil laicis meliores factos credere potestis. Non em̄ horas legere aliquid est. Deinde, missam offerre sacramentū percipere est. Quid ergo in vobis manet? quod non in quoquis laico maneat? Rasura & vestis? Misericordia sacerdotē qui rasura & veste constat. An oleū digitis vestris infusum? At Christianus quilibet oleo sancti spiritus unctus & sanctificatus est corpore & anima, & olim sacramentū manibus tractabat nō minus q̄ nūc sacerdotes faciunt. Licer nostrā supersticio laicis nūc magnū reatum iniçiat, si vīl calicem nudū, aut corporale attigerint. Nec Moniali quidem sanctæ virgini liceat lavare pallas altaris, & lintheamina sacra. Vide per deum, sacro sanctam Ordinis huius sanctitatem, quantum profecerit. Futurum spero, ut nec

ha ha bi

Vm, uxoris
Ump. certus

Exclamant

Horas legi

Prædicant

Exhortant
Christian

Vedio Christian

Note

Ordo VI.

DE CAPTIVITATE

ibidem lach. mitt. S. nra Lms.
altare licet attingere laicis, nisi dum nūmos obtulerint. Ego pene di-
rumpor, cogitans has imp̄ssimas hominum temeratissimorum tyran-
nides, tam nugacibus & puerilibus nūgis libertatem & gloriam Chri-
stianæ religionis illudentium & pessundantium.

mme s. Summ. mth.
aristotēl. or. dīnis Sacerdotū Diaconia
ho hanc so
E Sāias
ardos p̄t fīcī aīnes et Dīm. Dolor h̄orū
Charas t̄r

Esto itaq; certus, & sele agnoscat quicunq; se Christianū esse cognō-
uerit, omnes nos equaliter esse sacerdotes: hoc est, eandem in verbo &
sacramento quoconq; habere potestatem. Verum non licere quenquā
hac ipsa uti, nisi consensu cōmunitatis, aut vocatione maioris. Quod
enīm omnium est cōmunicer' nullus singulariter potest sibi arrogare,
donec vocetur. Ac per hoc, Ordinis sacramentū, si quicquā est, esse nī
hil aliud, quā ritum quandam vocandi alicuius in ministeriū ecclesia-
sticum, Deinde sacerdotium propriē esse non nisi ministerium verbi,
verbi inquā non legis, sed Euangeli. Diaconiam vero, esse ministeriū
non legendi Euangeli. aut Epistolæ, ut hodie usus habet, sed opes Ec-
clesie distribuendi pauperibus. ut sacerdotes leuentur onere rerum tē-
poralium, & orationi ac verbo liberius instent. Hoc enīm consilio le-
gimus Actū. v. Diaconos institutos: atq; ita eum qui vel ignorat, vel *Codex*
non prædicat Euangeliū, non modo nō esse sacerdotem vel episco-
pum, sed pestem quandā Ecclesiæ: qui sub titulo falso sacerdotis et epi-
scopi, ceu sub pelle ouina Euangeliū opprimat, & lupum in Eccle-
sia agat. Quare i sacerdotes & episcopi quibus hodie referta est Eccle-
sia, nisi alia ratione salutem suam operētur: hoc est, nisi agnoscant sele
nec sacerdotes nec episcopos esse, doleātq; se nomen gerere cuius op-
aut nesciunt, aut non possunt implere: sicq; orationibus & lachrymis
suā hypocrisis miseram sortem deplorent: vere sunt populus perditio-
nis æterne, ac de eis illud Isaï. v. verificabitur, Captiuus dūctus est po-
pulus meus: eo quod nō habuerit scientiam, & nobiles eius interierūt
fame: & multitudine eius siti exaruit, propterea dilatauit infernus ani-
mam suam, & aperuit os suum absq; ullo termino. Et descendenter fonti-
tes eius, & populus eius, & sublimes eius, & glorioli eius in eum. O
verbum horrendum nostro sāculo, quo tanta voragine absorbeniur
Christiani.

Quantum ergo ē scripturis docemur, cum ministerium sit id quod
nos sacerdotium vocamus, prorsus non video qua ratione rursus ne-
queat laicus fieri semel sacerdos factus. cum a laico nihil differat, nisi
ministerio. A ministerio autē deponi adeo non sit impossibile, ut pas-
sim ea etiam nunc celebretur vindicta in culpabiles sacerdotes: dū aut
suspedantur temporaliter, aut perpetuo priuantur officio suo. Nam
cōmentum illud carteris indebilis iam olim irrisum est. Concede-

VII

BABYLONICA.

Irrisio Lata libert.
ut Caracterem hunc Papa imprimat ignorante Christo, sitq; hoc ipso
sacerdos eo consecratus, non tam Christi quā Papae perpetuus seruus
& captiūus, sicut est dies hæc. Cæterū, nisi fallor, si ruat hoc sacramen-
tum & cōmentum aliquando, vix subsistet ipse Papatus cum suis ca-
racteribus: redibitq; ad nos lāta libertas, qua nos omnes æquales esse
quocunq; iure intelligemus: & excusso tyrannidis iugo sciemus, qđ
qui Christianus est, Christum habet: qui Christum habet, omnia quę
Christi sunt habet, omnia potens: de quo plura & robustius, ubi ista
amicis meis Papistis displicere sensero.

DE SACRAMENTO EXTREMÆ VNCTIONIS.

Dua additio- Unde origo
H. V. I Cungendorum infirmorum ritui, duas additiones sele di-
gnas addiderunt Theologi nostri. Vnam, quod sacramentum appell-
ant. Alteram, quod extremā faciant: sitq; nunc sacramentum extreme
unctionis, quæ nīsi in extremo vitæ agentibus periculo dari non de-
beat, forte (ut sunt arguti Dialectici) relativam fecerunt ad unctionem
primam baptismi, & sequentes duas confirmationis & ordinis. Verū
habent hic quod in os mihi redundant. Nempe, quod autoritate Iaco-
bi apostoli, hic promissio & signum sit, quibus ego sacramentū con-
stitui haec tenus dixi. Dicit enim. Si infirmatur quis in vobis, indicat
presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomi-
ne domini. Et oratio fidei saluabit infirmum: & alleuiabit eum domi-
nus: & si in peccatis sit, remittentur ei. Ecce inquiunt, promissio remis-
sionis peccatorum, & signum olei.

Ego autem dico, si uspiam delyratum est, hoc loco præcipue dely-
ratum est. Omitto enim, quod hanc Epistolam non esse apostoli Iaco-
bi, nec apostolico spiritu dignam, multi valde probabiliter afferant:
licet consuetudine autoritatē, cuiuscunq; sit, obtinuerit. Tamen si etiā
esse apostoli Iacobi, dicerem: non licere, Apostolū sua autoritate sa-
cramētum instituere, id est, diuinā promissionem cum adiuncto signo
dare, hoc enim ad Christum solū pertinebat. Sic Paulus sele accepisse
a domino dicit sacramentum Eucharistiae, & missum non ut baptiser,
sed ut euāgeliset. Nusquā autem legitur in Euangeliō, unctionis istius
extremæ sacramentum. Sed missa faciamus & ista. Apostoli, siue quis
quis fuerit Epistolæ autor, ipsa videamus verba: & simul videbimus
quā nihil ea obseruarint, qui sacramenta auxerunt.

VNT. 60. extrema
DE CAPTIVITATE

Verba / arabi
ceplirat

Primitus si verum putant & seruandum quod Apostolus dicit, qua autoritate mutant & resistunt? Cur faciunt ipsi extrema & singularem unctionem ex ea, quam Apostolus voluit esse generalem? Nec enim Aplus extrema esse voluit & solu morituris dandam, sed absolute dicit, Si quis infirmatur, non dicit, si quis moritur. Nec enim tunc qd Diophysica ecclastica hierarchia hic faciat: ipsa Aplici verba aperta sunt, qui bus & ille & isti pariter nituntur, & tu non sequitur, ut appareat eos non autoritate uila, sed suo arbitrio, ex verbis Aplici male intellectis, sacramentum & unctionem extrema fecisse, cum iniuria ceterorum infirmorum, quib. vi propria abstulerit ungendi beneficium ab Aplo institutum.

Sed illud pulchrius, quod promissio Aplici expresse dicit, Oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum dominus &c. Vide, Aplus ita hocungi & orari præcipit, ut infirmus lanetur & alleuetur hoce est, non moriatur, nec sit extrema uncio, quod & usq; hodie probant preces inter ungendum dictæ, que infirmum restitui peunt. Illi contra dicunt, non esse dandæ unctionem nisi discessuris: hoc est, ut non sanetur & alleuentur. Nisi res ista esset seria, quis risum posset tenere super tam belis, aptis, & sanis Aplicorum verborum glossis? Nonne hic aperte reprehendit infipientia sophistica, que ut hoc loco, ita multis alijs hoc affirmat quod negat scriptura, hoc negat quod illa affirmat? Quin igitur gratias agimus tam eximijs magistris nostris? Recte igitur dixi, nulius insignius esse delyratum ab illis quam hoc loco.

Vtterius, si uncio ista sacramentum est, debet sine dubio esse (ut dicit) efficax signum eius quod signat & promittit. At sanitatem & restitutioem infirmi promittit, ut stant aperta verba, Oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum dominus. Quis autem non videt hanc promissionem in paucis, immo nullis implerit? Inter mille enim vix unus restituitur id, ne nemo sacramento, sed naturæ vel medicinae beneficio fieri puuat. nam sacramento contraria vim tribunt. Quid ergo dicemus? Aut Aplus hac promissione mentitur, aut uncio ista sacramentum non erit. Promissio enim sacramentalis certa est: at haec in maiori parte fallit. Quin, ut iterum Theologorū istorum prudentiam & vigiliam cognoscamus, ideo extrema esse volunt unctionem: ne sit ista promissio, hoc est, ne sacramentum sit sacramentum. Si enim extrema est, non sanari, sed cedit infirmati. Si autem sanari, extrema esse non deber. Ita sit horum Magistrorum interpretatione, ut Iacobus intelligatur sibi ipsi contradixisse, & ne sacramentum institueret sacramentum instituisse: dum ideo extrema volunt unctionem, ut non sit verum, sanari per eum infirmum, quod ille statuit. Si hoc non est insanire, rogo quid est insanire?

VII

BABYLONICA

Contingit his illud Apostoli. i. Timot i. Volentes esse legis doctores, cu ignorent quid loquantur, aut de quibus affirment. Sic omnia circa iudicium legunt & sequuntur. Eadem enim oscitantia & confessionem auricularem ex hoc Apostolo hauserunt, dicente, Confitemini alterum peccata vestra. Sed nec hoc seruatis isti, quod Aplus iubet presbyteros Ecclesie induci, & super infirmum orari. Vix unus sacerdosculus nunc mittitur, cu Aplus velit multos adesse, non propter unctionem, sed propter orationem, unde dicit. Oratio fidei saluabit infirmum &c. quā incertum est mihi, an sacerdozes velit intelligi: cu dicat, presbyteros, id est, seniores. Nec enim continuo sacerdos aut minister est qui leni or est: quo suspicari possis, Apostolum voluisse, ut seniores & grauiores in Ecclesia visitarent infirmum, qui opus misericordiae facientes, & in fine orantes eum sanarent: quācū negari non possit, Ecclesiæ olim a senioribus fuisse rectas, absq; istis ordinationibus & consecrationibus, propter etatem & longum rerum usum in hoc electis.

Quare hanc unctionem eandem ego esse arbitror quē Marci ult. de Apostolis scribitur, Et ungebant oleo multos ægrotos, & sanabāt. rīsum scilicet quendam primitiæ Ecclesie, quo miracula faciebant super infirmis, qui iam dudu defecit. Quemadmodū & Marci ult. Christus donat credibiles ut serpentes tollant, & super egros manus ponat. &c. Ex quibus verbis, mirum est, quod non etiam sacramenta fecerint, cu sint limulis virtutis & promissionis cum verbis his Iacobi. Non ergo sacramentum est extrema ista, id est, sancta uncio, sed consilium Iacobi, quo possit qui velit uti sumptuum ac relictum ex Euangelio Mar. ult. ut dixi. Nec enim credo datum infirmis quibusvis, cum Ecclesiæ gloria sit infirmitas, & mors lucrum: sed ijs tantum qui impatientius & rudi fidei infirmitatem ferrent. Quos ideo reliquit dominus, ut in eis miracula & virtus fidei eminerent.

Et hoc ipsum caute, & de industria Iacobus prouidit, dum promissionem sanitatis & remissionis precatorum non tribuit unctioni, sed orationi fidei. Sic enim dicit, Et oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum dominus: & si in peccatis fuerit, remittentur ei. Sacramentum enim non exigit orationem aut fidem ministeri, cu impius eti baptiset & consecret absq; oratione. Sed nititur in sola promissione & institutio de dei, exigens fidem suscipientis. In nostræ autem extrema unctionis hodiernæ usu ubi est oratio fidei? Quis ea fidei orari super infirmum, ut non hæsitetur eum restituiri? Nam talē oratione fidei Iacobus hic describit de qua & in principio dixerat, Postuler aut in fide nihil hæsitanſ. Et Christus, Quocunq; petieritis, credite quia accipientis, & fieri vobis.

k ij

De confessio
mari.

Quid p presbyti

Ecclesia olim à se
ribz redita

Conclusion qd
vndio

no qbusvis infi
data har un

Cautus / atol

Sacramen ubi

Vnt hio extrema

DE CAPTIVITATE

Prorsus non est dubium, si hodie quoq; talis oratio fieret super in-
firmum, id est, a senioribus, grauioribus, & sanctis viris, plena fide sa-
nari quotquot vellemus. Fides em quid non posset? At nos fide ne-
glecta (quam maxime exigit haec Apostoli autoritas) deinde quoduis
sacerdotum vulgus, per presbyteros viros scilicet aetate & fide praes-
tes intelligimus. Deinde extrema & quotidiana aut libera unctione fa-
cimus, tandem effectum promiss; ab Apostolo sanitatis non solu no-
impertramus, sed etiam contrario effectu euacuamus. Nihilo tamem mi-
nus factamus nostrum sacramentum, imino figmentum hac Aposto-
li sententia, plus quam per his diapason repugnante, fundari & proba-
ri. O Theologos.

Igitur hoc unctionis extremae nostrum sacramentum non damno,
sed hoc esse quod ab apostolo Iacobo prescribitur constanter nego.
cum nec forma, nec usus, nec virtus, nec finis eius cum nostro conuen-
tiat. Numerabimus tamen ipsum inter ea sacramenta quae nos consti-
tuimus: ut sunt salis, & aquae consecratio & aspersio. Neque enim negare
possimus, creaturam quamlibet per verbum & orationem sanctifica-
ri: quod apostolus Paulus nos docet: ita non negamus per extrema
unctionem dari remissionem & pacem. non quia sacramentum sit diu-
nitus institutum, sed quia suscipiens ita credit sibi fieri. Fides enim susci-
pientis non errat, quantumlibet minister erret. Si enim ioco baptisans
aut absoluens, hoc est, non absoluens (quantum ad ministrum pertinet)
reuera absolvit & baptisat, si credat baptisandus & absoluendus: quan-
to magis ungens extremam unctionem pacificat, etiam si reuera non paci-
ficer, si ministerium spectes, cum nullum sit ibi sacramentum. fides enim
uncti etiam hoc accipit, quod conferens aut non potuit, aut non vo-
luit dare. Sufficit enim uncto verbum audire & credere. Quicquid enim
credimus nos accepturos esse, id reuera accipimus: quicquid agat, non
agit, simulet, aut iocetur minister. Stat enim Christi sententia, Credenti
omnia possibilia sunt. Et iterum, Fiat tibi sicut credidisti. Verum Sophistae
nostris de hac fide nihil in sacramentis tractant, sed in virtutibus ipsius
sacramentorum totis studijs nugantur: semper discentes, & nunquam ad
scientiam veritatis peruenientes.

Profuit tamen, hanc unctionem factam esse extremam: quia hoc he-
nificio minime omnium vexata ac subiecta est tyrannidi & quaestui, re-
licta scilicet hac una misericordia moritur, ut libere possint inungi,
etiam non confessi, nec comunicati. Quae si permanisset quotidiana,
praesertim si & infirmos sanasset, etiam si peccata non tulisset, quos pu-
tas orbes terrarum non haberent hodie Pontifices, qui unius peniten-

VII

B A B Y L O N I C A

que sacramento, & clavisbus, ac ordinis sacramento tanti eraserunt Im-
peratores & Principes: At nunc feliciter habet, quod sicut oratione
fidei contemnunt, ita nullum infirmum sanant, & e vetere ritu nouis
sibi fixerunt sacramentum.

Corporis
marinorum
ordinis
Ex. iusticie

H AE C de quatuor istis sacra mentis nunc satis fuerint: que scio
quā sint displicitura ijs qui numerum & usum sacramentorum non
scripturis sacris, sed e Romana sede putant petendos esse. Quasi Roma-
na sedes sacramenta ista dederit, ac non potius accepit e Scholis Vni-
uersitatum, quibus & omnia que habet sine controversia debet. Necp
enim starec tyrannis Papistica ranta, nisi tantum accepisset ab Vniuersi-
tatibus, cū vix fuerit inter celebres Episcopatus alius quispiam q; mi-
nus habuerit eruditorum Pontificum. Vi, dolo, ac superstitione tantum
ceteris hactenus praelauit. Qui enim ante mille annos in ea federūt,
tanto interuallo ab ijs qui interim creuerunt distant, ut aut illos, aut
hos cogatis negare Romanos pontifices.

Sunt praeterea nonnulla alia que inter sacramenta videantur cense-
ri posse. Nempe, omnia illa quibus facta est promissio diuina: qualia
sunt Oratio, Verbum, Crux. Nam Christus orantibus promisit exau-
ditionem in multis locis: praesertim Luce, xi, ubi parabolis multis ad
orandum nos inuitat. Et de verbo, Beati qui auidi verbum dei, &
custodiunt illud. Quis autem percenseat, quoties tribulatis, patientib;
humiliatis promittat adiutorium & gloriam? Immo quis enumeret
omnes dei promissiones: cum tota scriptura hoc agat, ut nos ad fidē
prouocet. hinc preceptis & minis urgens, illinc promissionibus & co-
solutionibus inuitans. Siquidē omnia que scripta sunt, aut precepta,
aut promissa sunt, precepta humiliat superbos exactioribus suis, pro-
missa exaltant humiliatos remissionibus suis.

Proprie tamen ea sacramenta vocari visum est, que annexis signis
promissa sunt. Cætera quia signis alligata non sunt, nuda promissa st.
Quo sit, ut si rigide loqui volumus, tantum duo sunt in Ecclesia dei sa-
cramenta, Baptismus, & Panis. cum in his solis & institutum diuini
tus signum, & promissionem remissionis peccatorum videamus. Nā
Poenitentiae sacramentū, quod ego his duobus accensui, signo visibili
li & diuinitus instituto caret: & aliud non esse quā viam & redi-
tum ad baptismum. Sed nec scholastici dicere possunt suam diffinitio-
nen posse conuenire Poenitentiae, qui & ipsi sacramento signum visi-
bile ascribunt: quod formam ingerat sensibus eius rei: quam iniusti-
biliter operatur. At poenitentia seu absolutio tale signum nullum ha-
bet, quare & ipsi cogentur propria diffinitione aut negare poenitentia-

k iii

Epilogus

*Schola Vniue-
rsum in hys
hys metu mis-
de paucis*

*Quae alia Sarra-
ta din possy*

*Nā et ad Colas
166.3. dei uocari my*

*Præcepta
Promissa*

Proprie sati

*Dicitur Sar-
Sophistae no-
nū paci*

DE CAPTIVIT. B A B:

esse sacramentum, & sic numerū eorum imminuere, aut aliam sacramentorum afferre definitionem.

Baptismus autē, quē toti vitā tribuimus, recte pro omnibus sacramentis satis erit quibus in vita uti debeamus. Panis autē vere mortientium & excedentium sacramentum. Siquidem in eo transitū Christi ex hoc mūdo memoramur, ut ipsum imitemur. Et sic distribuam̄ hęc duo sacramēta, ut baptismus initio & totius vitę cursui, panis autē termino & morti deputetur: atq; christianus utroq; exerceatur in hoc corpusculo, donec plene baptisatus & roboratus transeat ex hoc mūdo, natus in æternam nouā vitam, manducaturus cum Christo in regno pātris sui. sicut in coena promisit dicens, Amen dico vobis, amo do non bibam de hoc genimine vītis, donec impleatur in regno dei, ut aperte videatur, sacramentum panis ad futuram vitam acceptandā instituisse. Tunc em̄ reutriusq; sacramenti impleta, cessabit baptismus & panis.

FINE M hic faciam huius praeludij, quod p̄hs omnibus qui synceram scripturā intelligentiam, germanumq; sacramentorū usum desiderant nosse, libens & gaudens offero. Est enim nō parui momēti donum, nosse ea quae nobis data sunt. ut i. Corint. ii. dicitur, & quia ratione donatis uti oporteat. Hoc enim sp̄ritus iudicio instructi, non fallaciter innitemur r̄s quae securi habent. Has duas res cū nobis Theologi nostri nusquam dederint, quin velut data opera obscurarint, ego si non dedi, certe id effeci ne obscurarem, & alios occasionem præbui meliora cogitandi. Conatus meus saltē fuit, ut exhiberem utruncq;. Non tamē omnia possumus omnes. Impiis vero, & qui pro diuinis sua nobis pertinaci tyrannide inculcant, fidens & liber ista obtudo: nihil moratus indoctam ferociam. quanquā & ipsis optem sanū sensum, & eorum studia non contemnam, sed tantum a legitimis ac vere Christianis discernam.

Auditum enim audio, paratas esse denuo in me Bullas, & diras Papisticas, quibus ad reuocationem urgeat, aut hereticus declarer. Quae si vera sunt, hunc libellum volo partem esse reuocationis meę futurę: ne suam tyrannidem frustra inflatam queranrur. taliq; partē propediem editurus sum talem, Christo propitio, qualem haec tenus non viderit, nec audierit Romana sedes, obedientiam meam abunde testaturus in nomine domini nostri Ihesu Christi. Amen.

Gott seg lob

Tu faw. do ga

Deo gloria

R S M,



Hostis Herodes simpe,
Christum venire quid times.
Non arripit mortalia
Qui regna dat celestia.

L A E T A
L I B E R T A S.